Liber de Divinis Scripturis sive Speculum quod fertur S. Augustini (Latin)

Augustine of Hippo (AD 354–430)

SermonIndex.net / Church Fathers

Contents

Sections to 29 **1**

Sections 30 to 59 **47**

Sections 60 to 89 **76**

Sections 90 to 119 **91**

Sections 120 to 144 **108**

Sections to 29

ORDO CAPITVLORVM DE DIVINIS SCRIPTVRIS n. CXLIIII

I. De uno deo.

II. De distinctione personarum patris et filii et spiritus sancti.

III. De spiritu sancto.

IIII. De dilectione domini.

V. De conuersione et contemptu saeculi.

VI. De timore domini.

VII. De bono pacis et caritatis.

VIII. Quod ubique sit dominus.

VIIII. Quod nouerit dominus occulta cordis.

X. Iuste iudicandum.

XI. Bene faciendum pauperi et non pignerandum.

XII. Bene faciendam uiduae, orfano et aduenae.

XIII. Non retinendam mercedem mercennarii.

XlIII. Non laedendum infirmum.

XV. Non ambulandum in dolo uel hypocrisi.

XVI. Non reddendum malum pro malo.

XVII. Remittendum fratri quod in fratrem deliquerit.

XVIII. De cauenda seductione malorum.

XVmi. De honorandis sacerdotibus uel ministris.

XX. De honorandis parentibus.

.XXI. De filio superbo.

XXII. Non prodeesse thensauros iniquis.

XXIII. De paenitentia.

XXIIII. De elemosynis.

XXV. Semper orandum.

XXVI. De ira dei et iudicio uenturo.

XXVII. De resurrectione.

XXVIII. De tribulationibus et probatione iustorum.

XXVIIII. Quod non maneat dominus in his qui a praeceptis eius deuiauerist

XXX. Non superandum seruum dei detractione malorum.

XXXI. Non detrahendum.

XXXII. De correptione.

XXXIII. De praeuaricatoribus.

XXXIIH. De superbia.

XXXV. De mansuetudine.

XXXVI. De patientia.

XXXVII. De humilitate.

XXXVIll. De sapiente.

XXXVnII. De conuersatiooe iuuenum.

XL. Non periurandum.

XLI. Non iurandum.

XLII. Non dicendum falsam testimonium.

XLIII. Non mentiendum.

XLIIII. De interdicta idolatriae.

XLV. Non fornicandum.

XLVI. De neglegentia sacerdotum.

XLVII. De sanctificatione sacerdotum.

XLVIII. De sanctificatione populi.

XLVIIII. De contentione uitanda.

L. De pseudoprophetis et haereticis uitandis uel contentionibus legis..

LI. De continentia oris,

LII. Fugiendam ebrietatem.

LIII. Mulieris malitiam esse uitandam.

LIIII. Quod tonitrua, pluuiae, coruscationes, grandines, pruinae, niues, uenti, fulgora et nubes a domino sint.

LV. Non lustrandum neque diuinandum.

LVI. De factura mundi et quod a deo ex nihilo facta sint omnia.

LVU. Quod tenebrae a deo creatae sint.

LVIII. De homicidio casuali.

LVIIII. Decimas et primitias frugum uel omnium rerum praecepto legis ecclesiae dari oportere.

LX. Paruulos emendandos instanter.

LXI. Sanctorum conuersationi et tractatui adherendum.

LXn. Non accipiendas usuras.\'

LXIII. Quod negotiator mendacio carere non possit

LXIIII. Duplicia pondera non habenda.

LXV. Vota deo statim soluenda.

LXVI. Non mIte ridendum.

LXVII. Non accipiendum testimonium testis unius.

LXVIII. Non induendas uestes uiri a muliere neque mulieris a uiro.

LXVUII. Non inputari peccatum parentum filiis neque filiorum parentibus.

LXX. Nutriendos a parentibus in timore domini filios et non prouocandos ad iram.

. LXXI. Seminandum ante iustitiam et postea metendos fructus eius.

LXXII. In mortuo lacrimas producendas.

.LXXIII. Neminem . esse sine peccato.

LXXIIII. Non furandum.

LXXV. Non gloriandum in sapientia mundi.

LXXVI. Non ambiendos honores.

LXXVII. Quod qui hominem dei spernit dominum spernat.

LXXVIII. De oboedientia.

LXXVIIII. Pusillianimem non scandalizandum.

LXXX. De laude uirginum.

LXXXI. De concordia coniugali et habitu mulierum.

LXXXII. De sanctitate et opere uiduarum.

LXXXIII. Exemplo apostolico manibus laborandum.

LXXXIIII. Altiora scrutari non oportere.

LXXXV. De ieiunio.

LXXXVI. Hominem exemplo formicae uel apis sine pigritia operari debere.

LXXXVII. Sine timore hominum mandata dei praedicanda.

LXXXVIII. De stulto.

LXXXVIIII. Iracundiam deponendam.

XC. Quod homo a deo factus huius genus uel natura dicatur, cuius opus fuerit imitatus.

XCI. Sapienter respondendum uerbum interroganti.

XCII. De seruo fideli et commonitione dominorum.

XClll. De commonitione seruorum.

XCIIII. Oboediendum in id quod iustum est regibus et potestatibus saeculi.

XCV. Lumen itineris nostri in timore domini esse legem dei.

XCVI. De morte iustorum.

XCVII. De morte iniquorum.

XCVIII. De auaritia.

XCVIIII. De sacrificio spiritali.

C. Quod unusquisque suo opare iudicetur.

CI. Quod dominus in suo arbitrio reliquerit hominem nec uelit quemquam perire.

CII. De tristitia delicti.

CIII. Qudd in baptismo omnia peccata dimittantur <et quod in nouitate uitae ambulandum sit.

..CIIII. De substantia dei.

CV. Adsumenda arma spiritalia contra nequitias spiritales.

CVI. Faciendum prius et sic docendum.

CVII. Non habendam spem in homine.

CVIII. Consolandos lugentes uel uisitaudos infirmos.

CVIIII. Non dicendum malum bonum neque bonum malum.

CX. Abstinendum deliciis.

CXI. Eripiendos positos in tribulationibus.

CXII. Vineam appellari hominem, populos uel gentes.

,CXIII. Quod sancti homines in similitudine nubium sint uocati.

CXIIII. Quod homines arborum ferant imaginem.

CXV. Non murmurandum.

CXVI. Homines in similitudine stellarum necari.

CXVII. Homines malos canes uocari.

CXVIII. Quod domus uel templum homo ipse dicatur.

CXVIIII. Lumbis spiritalibus hominem debere esse praecinctum.

CXX. Homines montes uel campos uocari.

CXXI. Quod spiritus inmundi мet uitia , montes, colles, bestiae, aues, petrae, gentes, lapides, spinae nuncupentur.

CXXII. Quod non sit aequalis omnis sanctus deo.

CXXIII. Quod angelorum custodia muniamur.

CXXIID. Hominem nuncopari parietem.

CXXV. Sanctos homines spiritali cibo uel poculo satiari.

CXXVI. Aquam et ignem populos uel uitia nuncupari

.CXXVII. Quod uocatus ad fidem retro redire non debeat.

CXXVIII. Quod diabolus angelus a deo fuerit factus et postmodum transgressione mutatus sit.

CXXVIIII. De similitudine carni.

CXXX. Quod populi aquae dicantur.

CXXXI. De fontibus domini.

CXXXII. Quod aquae sunt super caelum.-

CXXXIII. De ebrietate et calice irarum.

CXXXIIII. Quod dominus deus hoc nomen habeat.

CXXXV. Hominem dei uocari terram deliciarum.

CXXXVI. De uolpibus.

CXXXVII. De hospitalitate.\'.

CXXXVIIi. Homines messem uel fruges nuncupari.

CXXXVIIII. Vxorem excepta causa adulterii non dimittendam.

CXL. De tabernaculo.

CXLI. De pedibus lauandis.-

CXLII. Omnia in gloriam uel in nomine dei esse facienda.

CXLIII. De sancta uita samuhelis et pauli apostoli.

CXLIIII. Quod dominus fons uitae sit.

I. De Vno Deo

In deuteronomio: Audi, israhel, dominus deus tuus deus unus est. et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota uirtute tua. Item illic: Dominus solus ducebat eos, et non erat cum eis deus alienus. Item in euangelio secundum matthaeum: Nemo bonus nisi unus deus. Item apostolus ad roma-

nos: o altitudo diuitiarum et sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae ipsius! quia enim cognouit sensum domini? aut quis illi consiliarius fuit? aut quis prior dedit ei et reddetur illi? quoniam omnia ex ipso et per ipsum et in ipsum omnia. ipsi gloria in saecula. Item ad corinthios: Scimus quia nihil est idolum et quia nemo deus nisi unus. Item ad galatas: Quid ergo est lex? factorum gratia posita est, donec ueniret semen, cui repromissum erat dispositum per angelos in manu mediatoris. mediator autem unius non est, deus uero unus est. Item ad timotheum: Vnus enim deus,

et unus mediator dei et hominum, homo christus iesus, qui dedit se ipsum redemptionem pro omnibus.

Ii. De Distinctione Personarvm Patris Et Filii Et Spiritvs Sancti

Ia genesi: Et dixit deus: fiat firmamentum in medio aquae et sit diuidens inter aquam et aquam. et factum est sic. et fecit deus firmamentum. Item illic: Et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et fecit deus hominem, ad imaginem -dei fecit eum. Item illic: Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine illius fundetur anima hominis illius, quia ad imaginem dei feci hominem. Item illic: Et dixit ei angelus domini: agar, ancilla sarrae, unde uenis? et quo uadis? et dixit: a facie dominae meae sarrae ego recedo. dixit autem ei angelus domini : reuertere ad dominam tuam et humilia te sub manibus eius. et dixit ei angelus domini: replens replebo semen tuum

et non numerabitur a multitudine w- quia exaudiuit demimus humilitatem tuam - et noesait nomen dei qui ad eam loquebatur: tu deus qui respexisti me. Item illic: Et ut sol ortus est super terram et Mh intrauit in Mgor, dominus pluit super sodomam et gomorram sulfur et ignem de caelo a domino. item illic: Et dixit mihi angelus domini an ioDmie: incob. et ego dixi: quid est? et dixit: uidi quanta tibi labau fecerit: ego sum deus qui uisus sum tibi in loco ei ubi unxisti mihi lapidem et uouisti mihi ibi netutn. Item illic: Bt uocauit abraham angelus dottiini de caelo et dixit: abraham, abraham. 0t iBe dixit: ecce ego. et dixit illi: in inicias manum tuam super puerum neque facias illi quidquam: nunc cum cognoui quia times dominum et non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me. Item illic: Et luctatus est angelus cwm iacob usque in mane. et uidit quia non potest

adnersus eum: et tetigit latitudinem femoris eius, et obstipuit latitudo femoris iacob, cum luctaretur cum eo. et dixit ei: dimitte me, ascendit enim oriens. et iacob dixit: non te dimitto, nisi me benedixeris. dixit autem ei: quod nomen est tibi? et ille dixit: iacob. dixit autem ei: non uocabitur nomen tuum iacob, sed israhel erit nomen tuum: quia conualuisti cum deo, et cum hominibus potens factus eris. interrogauit eum iacob et dixit: indica mihi nomen tuum. et ille dixit: ut quid interrogas nomen meum ? et ipsud est mirabile. et benedixit eum ibi. et uocauit iacob nomen loci illius uisio dei. uidi enim deum facie ad faciem, et salua facta est anima mea. Item illic: Dixit autem deus ad iaeob: surge et ascende in locum bethel et habita ibi et fac ibi altare deo, qui uisus est tibi, cum recederes a facie esau fratris tui. Item in numeris: Non erit labor in iacob neque uidebitur dolor in israhel. dominus deus eius cum eo est, et illud praeclarum principium cum ipso. Item in libro iudicum: Factum est autem, cum adhuc esset gedeon in gofera patris

sui, fili hesdri, locutus est illi in nocte illa dominus dicens: sume duos uitulos, unum pastum patris toi et alium septem annorum et uade euertere aram bahal quam aedificauit pater tuus et lucum qui est super ipsam excide, et aedificabis altarium domino deo tuo qui aisas est tibi in uertice maoch in ordinationem. Item illic: Et dixit manoe ad angelum domini: quod tibi nomen est, ut cum uenerit uerbum tuum, honorificemas te? et dixit illi angelus

domini: quare interrogas nomen meum? etillud est mirabile. Item in psalmo XXXII: Verbo domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item illic: Quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt Item in psalmo XLIIII: Sedes tua deus in saeculum saeculi: uirga recta est, uirga regni tui. dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleum laetitiae prae consortibus tuis.

Item in psalmo CVIIII: Bixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam, deuec poMm inimicos tuos acabellum podum taonzBL Item in proucubiis salominis: Duminus eresuit me initie uiarum suarum in opera sus et ante saeculum fundauit me: iaitio ante quam torram faceret et aate quam abyssos constitueret, prius quam produceret fontes aquarum, prius quam montes statuerentur, ante omnes cullesgenuit me. dominus fecit regiones et deserta et cacumina quae habitantur sub caelo. cum praepararet caelum, cum illo eram. et cum segregabat sedem suam: quando super nentas fortes faciebat in summo nnbea et emn stabiles fentes ponerob sub caelo et cum firmissima faceret fundamenta terrae, eram aput iMam conponens. Item illic: Quis tenet fines terirae? quod nomen est ei? aut quod nomen iii. eius? Item in libro sapientiae: Candor est enim lucis aeternae et speculum sine macula maiestatis dei et imago bonitatis illius : \' et cum sit una, omnia potest; et permanens in se omnia

innouat. Item illic: Deus parentum et domine misericordiae tuae qui fecisti onmia uerbo tuo et sapientia tua constituisti hominem. Item illic: Et tecum sapientia quae nouit opera taa, quae et adfuit tunc, cum orbem terrarum faceres. Item illic: Haec illum qui primus finctus est patrem orbis terrarum, cum solus esMt creatus, custodiuit ei eduxit illum de limo terrae, et dectit illi uirtutem continendi omnia. Item in ecclesiastico: Ego ex ore altissimi exitii primogenita ante omnem creaturam: ego in caelis feci ut oriretur lumen indeficiens. Item in esai. propheta: Accedite ad me et audite haec : non in occulto ab initio locutus sum nec in loco terrae tenebroso. cum fieret, illic eram. et nunc dominus

misit me et spiritus eius. Item in osee propheta: Filios autem iuda miserebor et saluabo eos in domino deo ipsorum. Item in libro zacchariae prophetae: In sion fugite, qui conmoramini filiam babylonis. quia haec dicit dominus omnipotens: post honorem misit me super gentes quae spoliauerunt uos, quia qui tangit uos sicut qui tangit pupillam oculi ipsius. ecce ego iniciam manum meam super eos, et erunt in praedam his qui seruiunt illis, et scient quoniam dominus omnipotens misit me. Item illic: Et dixit dominus ad diabolum: imperet in te dominus qui elegit hierusalem. Item illic: Et confirmabo eos in domino deo ipsorum et in nomine eius gloriabuntur, dicit dominus. Item in malachihel propheta: Et subito uenit in templo suo dominus quem uos quaeritis

domiet angelus testamenti quem uos uultis. Item in euangelio secundum matthaeum: Beepoadens eimon petrus dixit: tu es christus filius dei uiui. Item illic: Ecce ubi de nube audita est dicens : hic est filius meus dilectus, qui mihi placuit: \' ipsum audite. Item illic: Quid nobis et tibi, fili dei? uenisti hic ante tempus torquere nos? Itemillic: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius et cui uoluerit filius reuelare. Item illic: Ite nunc, docete omnes gentes baptizantes

eos in nomine patris et fili etspiritus sancti. Item secundum iohannem: In principio erat uerbum et uerbum erat aput deum et deus erat uerbum. hoc erat in principio aput deum. omfiia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil.

Item illic: Ita enim dilexit deus hunc mundum, ut unicum filium suum traderet pro illo ut omnis qui credit in eo non pereat, sed habeat uitam aeternam. non enim misit deus filium suum in hunc mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. qui enim credit in eum, non iudicatur: qui uero non credit in ipsum, iam iudicatus est; quia non credidit in nomine unigeniti fili dei. Item illic: Si non facio opera patris, nolite mihi credere. quod si facio, et ai mihi non uultis credere, uel operibus credite, quia ego in patre et pater in me. ego enim et pater unum sumus. Item illic: Pater meus usque nunc operatur et ego operor. propter hoc magis quaerebant eum iudaei occidere, quia non solum quod soluebat sabbatum, sed et patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens deo. Item illic: Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent fllium, sicut honorificant patrem. qui non honorificat filium,

non honorificat patrem qui misit illum. Item illic: Dixit ei thomas: domine, non scimus quo eas, et quomodo. uiam nouimus? ait illi iesus: ego sum uia et ueritas et uita, nemo uenit ad patrem nisi per me. si cognouistis me, et patrem meum cognouistis, et amodo nostis eum et uidetis eum. ait illi philippus: domine, ostende nobis patrem et sufficit nobis. dixit ei iesus: tanto tempore uobiscum sum et non cognouistis me, philippe? qui me uidit, uidit et patrem. quomodo. tu dicis: ostende nobis patrem? non creditis quia ego in patre et pater in me est? uerba quae ego loquor nobis non a me loquor, sed pater in me manens ipse loquitur et opera quae facio ipse facit. credite mihi quia ego in patre et pater. in me est: si quo minus, uel propter ipsa opera credite. Item secundum iohannem: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit et pater meus diliget eum, et ad eum ueniemus et \\ mansionem aput eum faciemus. Item seeundumiohannem: Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum deum et quem misisti iesum christum, ego te clarificaui super terram, opus perfeci quod dedisti mihi ut facerem. et nunc clarifica me, pater, ea claritate quam habui aput te

prius quam mundus esset. Item illic: Respondit thomas et dixit: dominus meus et deus meus! ait illi iesus: quia uidisti, credidisti: beati qui non uiderunt et crediderunt! Item illic: Haec autem scripta sunt, ut credatis quia iesus christus filius dei est, ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Item secundum lucam angelus ad mariam: Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit te. propter quod et qui ex te nascetur sanctus uocabitur filius dei. Item in actibus apostolorum: Stephanus uero cum esset plenus spiritu sancto, intendit in caelum et uidit gloriam dei et iesum stantem ad dexteram dei. et dixit: ecce uideo caelos apertos et filium hominis stantem ad dexteram dei. Item illic: Et respondens spado ait: credo filium dei

esse christum iesum. Item illic: Et ingressus paulus statim in synagoga iudaeorum praedicabat eis cum confidentia dominum iesum, dicens quoniam hic est christus filius dei uiui. Item illic: Verbum enim suum misit filiis israhel adnuntians pacem per iesum christum. hic est dominus omnium. Item illic: Quibus praedicabat paulus dicens: hic est iesus christus

filius dei uiui, per quem iudicabitur omnis orbis terrarum. Item ad romanos: Si deus pro nobis, quis aduersum nos? si deus filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis illum tradidit omnibus, quomodo non etiam omnia nobis cum illo donauit? Item illic: Quorum patres et ex quibus christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula. Item ad c orinthios: Nos autem praedicamus christum crucifixum, iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stulti-

tiam, ipsis autem uocatis iudaeis et graecis christum dei uirtutem et dei sapientiam. Item illic: Sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quae in abscondito est, quam praedestinauit deus ante saecula in gloriam nostram, quam nemo principum huius saeculi cognouit. si enim cognouissent, numquam dominum maiestatis crucifixissent I tem illic: Propter quod notum uobis facio quia nemo in spiritu dei dicit anathema iesu. et nemo potest dicere dominum iesum nisi in spiritu sancto. diuisiones autem donationum sunt, idem uero spiritus: et diuisiones ministeriorum sunt, idem uero dominus: et diuisiones operationum sunt, sed idem dominus qui operatur omnia in omnibus. Item illic: De escis ergo sacrificatorum scimus quia nihil est idolum et quia nemo deus nisi unus. nam etsi sunt qui dicantur dii siue in caelo siue in terra, nobis tamen unus est deus pater, ex quo omnia nobis et nos in ipsum, et unus dominus iesus christus, per quem omnia

et nos per ipsum. Item ad corinthios II: Gratia uobis et misericordia et psx a deo patre nostro et domino nostro iesu christo. Item illic: Benedictus deus domini nostri iesa christi, pater gloriae. Item illic: Qui autem confirmat nos uobiscum christus dominus et qui unxit nos deus et qui signauit nos et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Item illic c: Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in his quae pereunt opertum est, in quibus deus huius saeculi excaecauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis inluminatio euangelii gloriae christi qui est imago inuisibilis dei. Item illic: Gratia domini nostri iesu christi et dilectio dei et societas

sancti spiritus cum omnibus uobis. Item ad galatas: Postquam uenit plenitudo temporum, misit deus fiHom suum, natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret Item illic: Quoniam autem estis fili dei, misit deus spiritum fili sui in corda nostra clamantem: abba, pater. Item a-d philippenges: Hoc enim sentite in uobis quod in christo iosu, qui cam esBet in forma dei, non rapinam arbitratus eat esse se aequalem deo, sed semet ipmun exinaniuit formam serui accipiens in similitudine hominum constitutus speoie inuentus ut homo. humiliauit ae ipsum; obaudiens neque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod et deus illum superexaltauit et donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nemme iesu omne genu flectatur caelestium et terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quoniam dominus iesus christus in gloria dei patris est.

Item ad ephesios: Vnus deus, una fides, unum baptisma, unus deus et pater omnium, qui super omnes et per omnes . et in omnibus nobis. Item ad colossenses: Gratias agentes deo patri, qui- uocauit nos in partem hereditatis aaneteram in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum fili claritatis suae, in quo habemus redemptionem , remissionis peccatorum: qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creaturae, quia

in ipso. creata sunt omnis. Item ad timotheum I: Vnus enim deus et unus- mediator dei at hominum homo christus iesus; qui dedit se ipsum redemptionem pro omnibus. Item iohannes apostolus in epistula I: Adnuntiamas uobis uitam aeternam, quae erat aput patrem, et manifestata est nobis. Item iliic: Vt et uos. societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit aput patrem et cum filio eius iesu\'christo. Item illic:

Omnis qui negat filium., nec patrem habet: qui autem confitetur filium, et filium et patrem habet. Item illic: Ei hoc manifestata est caritas domini in nobis, quod filium suum* unicum misit in hunc mundum, ut uiuamus per ipsum. Item illic: Omnis qui credit quia iesus christus ex deo natus est deus in ipso est, et ipse in deo: et omnis qui diligit genitorem diligit eum qui ex deo natus est. Item illic: Quoniam tres sunt qui testimonium dicunt in terra, spiritus, aqua et sanguis: et hii tres unum sunt in christo iesu. et tres sunt qui testimonium dicunt in caelo, pater, uerbum et spiritus: et hii tres unum sunt. Item illic: Qui credit in filio dei habet testimonium eius in semet ipso: qui autem non credit iesu christo mendacem facit deum, quia non credit testimonio quod testificatus est de filio suo.

Item illic: Et scimus quia filius dei uenit et carnem induit nostri causa et passus est et resurrexit a mortuis, adsumpsit nos et dedit nobis sensum, ut cognosceremus eum qui uerus est et simus in uero filio eius iesa christo. hic est uerus et uita aeterna et resurrectio nostra. Item in eiusdem II: Quoniam multi fallaces prodierunt in hunc mundum, qui non confitentur ieaum christum dominum nostrum in carne uenisse. hii fallaces et antichristi sunt.

III. ITEM DE SPIRITV SANCTO, QVOD COOPERATOR SIT PATRIS ET FILI ET QVOD VNIVS CVM PATRE ET FILIO SPIRITVS SANCTVS SVBSTANTIAE SIT ATQVE DEITATIS.

In genesi: Et spiritus dei superferebatur super aquam.

Item in psalmo CXLn: Doce me facere uoluntatem tnaai, quia tu es deus meus. spiritus tuus bonus deducet me in uia recta. Item in psalmo XXXII: Verbo domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item in iob: Spiritus diuinus qui fecit me, et inspiratio omnipotentis quae docet me. Item in esaia propheta: Et exiet uirga de radice iesse, et flos de radice ascendet, et requiescet in eo spiritus dei, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et uirtutis, spiritus scientiae et pietatis. replebit eum spiritus timoris dei. Item illic: Accedite ad me et audite haec: non in occulto ab initio locutus sum, nec in loco terrae tenebroso. cum fierent, illic eram. et nunc dominus misit me et spiritus eius. Item illic: Spiritus

domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperi... buB misit me, sanare contritos corde. Item illic: Et inritauerunt spiritum sanctum, et conuersus est ilJis in inimicitiam dominus. Item illic: Vbi est qui posuit in illis spiritum sanctum? qui eduxit de terra moysen per brachium: honoris sui? Item in michaea propheta: Domus iacob inritauit spiritum domini. Item illic: Qifa non erit qui obaudiat: si non ego impleuero uirtutem spiritu meo sancto et iudicio et potestate, ut renuntiem huic iacob iniquitates et huic israhel peccata sua. Item in iohel propheta: Et erit post haec, effundam de spiritu meo super om-

nem carnem, et prophetabunt filii et filiae eorum. Item in aggaeo propheta: Et spiritus meus instat in medio uestrum. Item in zaccharia pro-

pheta: Et uerba quae misit dominus omnipotens per spiritum suum in manibus prophetarum pristinorum. Item in ezechihelo propheta: Et adsumpsit me spiritus et adduxit me in terram Chaldaeorum in captiuitate in uisu spiritus dei. Item illic: Et uenit super me spiritus dei et adsumpsit et eleuauit me et statuit me super pedes meos, et audiebam eum loquentem ad me.\' et ait ad me: fili hominis, ueni, mittam te ego ad domum israhel, qui me exasperant secundum despectationem patrum suorum usque in hodiernum diem. Item in danihelo: Et cum duceretur susanna ad mortem, suscitauit dominus spiritum sanctum puero iuniori, cui nomen

erat danihel. Item.illic: Est enim uir in regno tuo, inquo est spiritus sanctus dei. Item in euangelio secundum matthaeum: Et cum baptizatus esset iesus, ascendit confestim de aqua: et ecce aperti sunt ei caeli et uidit spiritum descendentem sicut columbam et uenientem in ipsum. Item illic: Cum ergo tradiderint uos, nolite solliciti esse quid loquamini: dabitur enim uobis in ipsa hora quid loquamini: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Item illic: Si autem ego in spiritu dei eicio daemonia, utique adpropinquauit regnum dei. Item illic; Ideo dico uobis, omne peccatum et blasphemiae

remittentor hominibus: qui autem in spiritu blasphemauerit non remittetur illi. quicumque enim. dixerit uerbum aduersus filium hominis, remittetur illi : qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur illi neque in hoc saeculo neque in futuro. Item secundum iohannem: Respondit iesus nicodemo et ait illi: amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest introire in regno caelorum. quod enim natum est de carne, caro est, et quod natum est de spiritu, spiritus est, quia deus spiritus est. noli mirari, quia dixi tibi: oportet uos iterum renasci. spiritus ubi uoit spirat, et uocem eius audis, sed nescis unde ueniat et quo eat. sic est omnis qui nascitur ex aqua et spiritu. Item illic: Si diligitis me, praecepta mea seruate. et ego rogabo. patrem, et alium aduocatum dabit uobis, qui uobiscum sit in aeternum, spiritum ueritatis. Item illic: Haec locutus sum uobis aput uos manens. aduocatus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos

docebit omnia quaecumque dixero. Item illic: Cum uenerit consolator, quem ego uobis mittam a patre meo, spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium dicet de me: et uos testimonium dicetis de me, quoniam ab initio mecum estis. Item illic: Sed quia haec locutus sum uobis, tristitia replebitur cor uestrum. sed ego ueritatem dico uobis, quia expedit uobis, ut ego eam. quod si non abiero, aduocatus non ueniet ad uos. si autem abiero, ego mittam illum ad uos. Item illic: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis modo portare ea. cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, ipse disseret uobis omnem ueritatem. non enim loquetur a semet ipso, sed quae audierit loquetur, et futura adnuntiabit -uobis. ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et nuntiabit uobis. omnia quaecumque habet pater meus mea

sunt. ideo dixi quia de meo accipiet et nuntiabit uobis. Item secundum lucam: Dixit autem\' maria ad angelum: quomodo fiet istud, quia uirum non cognoui? respondens angelus dixit ei: spiritus sanctus ueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit te. propter quod et qui ex te nascetur sanctus uocabitur filius dei. Item illic EuntSs nunc docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et fili et spiritus sancti. Item \'ad romanos: Quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Item illic: Vos autem in carne- non estis, sed\' in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis. si quis autem spiritum christi non habet, hic non est eius. corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uita propter iustificationem.

quod si spiritus eius qui suscitauit iesum de mortuis inhabitat in nobis; qui suscitauit christum de mortuis uiuificabit et\' mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Item illic: Quicumque enim spiritu dei aguntur, hii fili dei sunt. Item1 illic: Non enim audeam aliquid dicere, quae non perficit christus per me in1 obauditionem gentium uetbo et opere et uirtute eius, signis et uirtute spiritus sancti. Item ad corinthios I: Nobis enim reuelat deus per spiritum suum : nam spiritus omnia scrutat, . etiam alta dei. quis enim scit hominum quae sunt hominis, quae in ipso sunt, nisi spiritus qui in ipso est ? ita et quae in deo sunt nemo1 cognouit nisi spiritus dei: nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo donata sunt nobis. quae etiam loquimur,

non quae docentur per humanae sapientiae uerbum, sed quae docentur per spiritum, spiritalibus spiritalia conparantes. animalis autem homo non percipit quae spiritus dei sunt: stultitia est enim illi, et non potest scire, quod spiritaliter interrogatur. qui autem spiritalis est, inquirit omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Item illic: Propter quod notum uobis facio quod nemo in spiritu dei dicit anathema iesu: et nemo potest dicere christum dominum iesum nisi in spiritu sancto. diuisiones autem donationum sunt, idem uero spiritus. et diuisiones ministeriorum sunt, idem uero dominus. et diuisiones operationum sunt, sed idem dominus qui operatur omnia in omnibus. unicuique autem nostrum datur. manU festatio spiritus ad utilitatem. alii autem datur per spiritum sermo sapientiae: alii uero sermo scientiae secundum eundem spiritum. alii fides in eodem spiritu: alii gratiae sanitatium in uno spiritu. alii operatio uirtutis, alii prophetatio, alii

separatio spiritus, alii genera linguarum, alii interpretationes linguarum. omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus, diuidens unicuique prout uult. Item ad corinthios II: Nam dominus spiritus est. ubi autem spiritus domini, ibi libertas. Item ad philippenses: Scio enim quod hoc mihi proficiet in salutem per uestram orationem et subministrationem spiritus sancti iesu christi. Item adgalatas: Quoniam autem fili estis dei, misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem: abba, pater. Item iohannes in epistula I: Spiritus est qui testimonium reddit, quia spiritus

est ueritas. Item illic: Tres sunt qui testimonium dicunt in caelo, pater, uerbum et spiritus, et hii tres unum sunt. Item in actibus apostolorum: Dura ceruice et incircumcisi corde, uos semper spiritui sancto restitistis. Item illic: Dixit mihi spiritus sanctus ut irem cum ds.

Item illic: Dixit autem mihi spiritus sanctus: ecce uiri quaerunt te: sed surgens descende et uade cum eis nihil dubitans, quia ego misi eos. Item illic: Dixit spiritus sanctus: segregate mihi barnabam et paulum in opus quo uocaui eos. Itemillic: Placuit enim spiritui sancto et nobis. Item illic: Prohibiti sunt autem a sancto spiritu loqui uerbum dei omnino in asia.

Item illic: Adtendite igitur uobis et uniuerso gregi, in quo sanctus spiritus conlocauit uos esse episcopos ad pascendam ecclesiam iesu christi. Item illic: Haec dicit spiritus sanctus: uirum, cuius zona est haec, sic alligabunt in hierusalem iudaei.

Iiii. De Dilectione Domini

In deuteronomio: Audi, israhel: dominus deus noster deus unus est. et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota uirtute tua. et erunt uerba haec, quaecumque praecipio tibi hodie in corde tuo et in anima tua et demonstrabis ea filiis tuis et loqueris eis sedens in domo tua et cum iter facies in uia et in quiete et in uigiliis: et obligabis ea in signo super manum tuam. et erunt mobilia ante oculos tuos: et scribe ea super limina domus tuae et in ianuis tuis. Item illic: Et cum manduca-

neris et satiatus fueris, caue tibi ne obliuiscaris dominum deum tuum, qui eduxit te de terra aegypti, de domo seruitutis. dominum deum tuum timebis et illi soli seruies et ad illum herebis et nomine eius iurabis. Item illic: Custodies praecepta domini dei tui, testimonia eius et iustitias quascumque praecepit tibi: et facies quod bonum et placitum est ante dominum deum tuum, ut bene tibi sit. Item illic: Et in mentem habebis omnem uiam, quam adduxit te dominus deus tuus in deserto, ut omnia experirea et temptaret te, et ut dinosceretur cor tuum, an uere custoditurus esses mandata illius an non. et ideo omnia mala expertus es: et esuristi, et dedit tibi escam mannam, quam non nouerant patres tui: ut adnuntiaret tibi, quod non in pane uiuit homo tantum,

sed in omni uerbo quod exierit de ore dei uiuit homo. uestimenta tua non sunt extrita: pedes tui non incallauerunt, ecce quadraginta anni sunt. et scies corde tuo, quia sicut homo docet filium suum, sic dominus deus tuus erudiuit te. et custodies mandata domini dei tui, ambulare in uiis eius et timere illum. Item illic: Et nunc, israhel, quid. dominus deus postulat aliud a te, quam ut timeas dominum deum tuum et ambules per omnes uias eius et diligas eum et seruias domino deo tuo ex toto corde tuo et ex tota anima tna, custodire praecepta domini dei tui et iustitias eius, quas ego mando tibi hodie, ut bene tibi sit? Item in p s almo XCVI: Qui diligitis dominum, odite malum. Item in euangelio secundum iohannem: Si diligitis me, praecepta mea seruate.

V. De Conversione Et Contemptv Saecvli

In genesi dominus ad abraham: Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui, et uade in terram, quam tibi ostendero, et faciam te in gentem magnam, et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et benedictus eris, et benedicam qui te benedixerit et maledicam

qui te maledixerit. [Item in psalmo XLIITI: Audi, filia, et uide et inclina aurem tuam, . et obliuiscere populum tuum et domum patris tui, quoniam concupiuit rex speciem tuam, quia ipse est dominus deus tuus.] Item illic ad loth, postquam eiecerunt eos foras, dixerunt: Semans serua animam tuam, et noli respicere post te, neque stes in hac uniuersa regione, sed in montem uade, et ibi saluaberis. Item in numeris: In terra eorum non possidebis, et portio non erit

tibi aput eos, quia ego sum portio tua et hereditas taa. Item in deuteronomio: Qui dicit [ut] patri et matri: non noui te, et fratres suos non cognouit et filios suos non sciuit, custodiuit uerba tua et testamentum tuum obseruabit. Item in regnorum III: Et inuenit helias heliseum filium sapbat, et hic arabat in duodecim paria boum coram se. et ut uenit ad eum, iactauit melotem suam super eum, et cooperuit illum. et ille relinquens boues suos cucurrit post heliam et dixit: osculabor patrem meum et sequar te. et dixit helias: uade et reuertere, quoniam feci tibi. etreuersus est post eum. et deiunxit boues a iugis et occidit et coxit eos in uasis et dedit plebibus, et manducauerunt. et exsurrexit et abiit post heliam et ministrabat ei. Item in psalmo VI: Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in infernum autem quis confitebitur tibi ? Item in psalmo VII:

Nisi conuertamini, gladium suum uibrabit: arcum suum tetendit et parabit illum. et in eo parauit uasa mortis. Item in psalmo XXIIII: Vias tuas, domine, notas fac mihi et semitas tuas edoce me. Item in psalmo XXXI: Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus: in freno et camo maxillas eorum constringe qui non proximant ad te. Item in psalmo XXXIII: Accedite ad dominum et inluminamini, et uultus uestri non erubescent. Gustate et uidete quoniam suauis est dominus: beatus uir, qui sperat in eum ! Item in eodem psalmo: Venite, fili, audite me, timorem domini docebo uos. quis est homo qui unIt uitam et cupit uidere dies bonos? cohibe linguam tuam a malo et labia toa ne loquantur dolum. declina a malo et fac bonum, inquire pacem et sequere eam. quia oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum. uultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Item

in psalmo XXXVI: Noli aemulari inter malignantes, neque aemulatus fueris facientes iniquitatem: quoniam tamquam faenum cito arescent et sicut holera prati cito cadent. spera in domino et fac bonitatem et inhabita terram et pasceris in diuitiis eius. delectare in domino et dabit tibi petitionem cordis tui. reuela ad dominum uiam tuam et spera in eum, et ipse faciet. et educet sicut lumen iustitiam tuam et iudicium tuum sicut meridiem: subditus esto domino et obsecra eum. noli aemulari eum qui prosperatur in uia sua, in homine faciente iniquitatem. Ne aemuleris, ut maligne facias, quia qui iniqua agunt exterminabuntur, sustinentes autem dominum possidebunt terram. et adhuc pusillum et non erit peccator et quaeres locum eius et non inuenies. mansueti autem possidebunt terram et delectabuntur in multitudine pacis. A domino gressus hominis diriguntur et uiam eius cupiet nimis. Declina a malo et fac bonum et inhabita in saecula saeculorum. Custodi innocentiam et uide aequitatem, quoniam sunt reliquiae homini pacifico. Item in psalmo XLV: Vacate et uidete quoniam ego sum dominus*

Item in psalmo XCIIII: Hodie si uocem eius audieritis, nolite. obdurare corda uestra. Item in psalmo CXVIII: In quo corrigit iuuenior uiam suam? in custodiendo sermones tuos. Item in ecclesiastico: Non tardes conuerti ad dominum et ne differas de die in diem: subito enim uenit ira illius, et in tempore uindictae disperdet. Item illic: Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in arbitrio suo. adiecit mandata et praecepta, si uolens mandata seruare, et fidem placitam facere. adposuit aquam et ignem: ad quod uis experrige manum tuam. ante hominem uita et mors, bonum et malum: quod placuerit ei, dabitur ilÃ. nemini mandauit impie agere, et nemini dedit laxamentum peccandi. non emm concupiscit multitudinem filiorum infidelium et inutilium. Item illic: Conuertere ad dominum et relinque peccata tua, et niinis odito exsecrationem. cognosce iustitias et iadieia domini. sta in sortem propositionis et oratione

altiasfimi. in partem uade saeculi sancti dum iustis et dantibus confessionem. non demoreris in errore impiorum. a mortuo quasi nihil dimittitur confessioni: uiuus et . sanus confiteberis et laudabis dominum, et gloriaberis in miserationibus illius. quam magna misericordia domini et propitiatio ilBas conuertentibus ad se! Item illic: Quasi a facie colubri fuge peccata. si accesseris ad illa, suscipient te quasi dentes leonis in deuorando interficientes quasi romphaea bis acuta, iniquitatium uindex, plagae illius medella nufia est Item in esaia propheta: Quaerite dominum: et mox inueneritis eum, inuocate eum. statim.. uero cum adpropinquauerit uobis, relinquat impius uias suas et uir iidquds consilia sua: et conuertentur ad dominum, et misericordiam consequantur, quia relinquet multum peccata uestra. Item illic: Cum

clamare coeperis, extraham te de pressura tua. Item illic: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris et scies ubi fueris. Item in hieremia propheta: State in uiis domini et uidete et interrogate semitas domini aeternas: et uidete quae sit uia bona et ambulate in ea, et inuenietis sanctificationem animabus uestris. Item illic: Corrigite uias uestras et incogitationes uestras: nolite confidere uobis in falsis sermonibus, quia in totum non proderunt uobis. Item illic: Perscrutemus uias nostras, et conuertamur ad dominum: mundemus corda nostra cum manibus nostris, et respiciamus ad dominum, qui habitat in caelis. Item in michaea propheta: Adnuntiatum est tibi, homo, quid sit bonum: aut quid quaerat a te aliud dominus, nisi ut facias aequitatem,

et diligas miserationem, et paratus sis, ut eas cum domino deo tuo? Item in sophonia propheta: Conuenite et congregamini, populus indisciplinatus, prius quam efficiamini sicut flos praeteriens, prius quam superueniat super uos dies iracundiae domini. quaerite dominum omnes humiles terrae, aequitatem operamini, et iustitiam quaerite, et respondete ea, ut protegamini in die irae domini. Item in iob: Quoniam si conuersus humiliaueris te coram ipso et longe feceris omnem iniustitiam a uia tua, tunc erit omnipotens adiutor tuus et liberabit te ab inimicis et ab omni iniquitate mundum restituet te, et suscipiet sicut argentum probatum igne: et habebis fiduciam coram ipso respiciens in caelum cum hilaritate. et orantem te exaudiet cum laetitia et dabit tibi, ut reddas uota tua, et in uiis tuis erit

splendor. Item tobi: Conuertimini itaque, peccatores, et facite iustitiam coram ipso. quis enim scit, an uelit uos, ut faciat misericordiam uobis?

Item in ezechiel propheta: Et tu, fili hominis, speculatorem te dedi domui israhel. et audies ex ore meo uerbum, ut dicas peccatori: morte morieris. et si non fueris locutus, ut caueat impius de uia sua, ipse iniquus in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram., tu uero si praedixeris impio uiam ipsius, ut auertat se a uia, et non auerterit se a uia sua, hic in impietate sua morietur, et tu animam tuam eripuisti. Item in euangelio secundum matthaeum: Cum praeteriret autem iesus secus mare galilaeae, uidit duos fratres simonem qui dicitur petrus et andream fratrem eius mittentes retia in mari, erant enim piscatores. et dixit illis iesus: uenite post me, et faciam uos piscatores hominum. qui confestim relictis retibus suis secuti sunt eum. Item illic: Et ideo dico uobis: nolite cogitare in anima uestra quid manducetis aut quid bibatis neque corpori uestro quod induamini, anima enim plus est quam

esca et corpus plus quam uestitus. intuemini uolatilia caeli, quae neque serunt neque metunt nec recondunt in apothecis, et pater uester caelestis pascit illa. nonne uos multo plus estis illis? Item illic: Quis autem uestrum potest adicere staturae suae cubitum unum? et uestitum cogitatis? considerate lilia in agro quemadmodum crescunt, non laborant neque neunt, et nuda non sunt. dico autem uobis quoniam nec solomon in omni gloria uestitus est sicut unum ex istis. quod si faenum agri, quod est hodie, et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos modicae fidei? nolite ergo cogitare dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus aut quid uestiemur? omnia enim haec gentes desiderant. scit autem pater uester quoniam indigetis horum omnium. quaerite autem primo regnum et iustitiam eius, et haec omnia praestabuntur uobis. ne ergo cogitaueritis de crastino: crastinus enim dies ipse pro se cogitabit: sufficit diei malitia sua. Item illic: Intrate per angustam portam:

quia lata et spatiosa uia est quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. quia angusta et arta uia est quae ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam. Item illic: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite quia mansuetus sum et humilis corde, et inuenietis requiem animis uestris: quia iugum meum iucundum est et onus meum leue est. Item illic: Tunc respondens petrus ait ad eum: ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, quid ergo erit nobis? iesus autem dixit illis: amen dico uobis, quoniam uos qui secuti estis me in resurrectione, cum sederit filius hominis in throno gloriae suae, sedebitis et uos super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus israhel. et omnis quicumque reliquerit domum uel fratres aut matrem aut filios uel agros propter nomen meum, centies tantum accipiet et uitam aeternam possidebit. multi autem primi

nouissimi fient, et nouissimi primi erunt. Item illic: Sicut enim diebus noe, sic erit et aduentus fili hominis. sicut enim erant in diebus illis ante diluuium manducantes et bibentes et nuptum dantes et non senserunt, donec uenit diluuium et tulit omnes, sic erit et aduentus fili hominis. Item secundum iohannem: Ambulate itaque, dum lumen habetis, ne uos

tenebrae adpraehendant: et qui ambulat in tenebris, non scit quo eat. dum lumen habetis, credite in lumine, ut fili lucis sitis. Item secundum lucam: Et dixit iesus: homo quidam fecit caenam magnam et inuitauit multos. et misit seruum suum hora caenae, ut diceret inuitatis: uenite iam, quia omnia parata sunt. et coeperunt singuli excusare. primus ait: uillam emi et necesse habeo exire et uidere illam: rogo te, habe me excusatum. et alius ait: iuga boum emi quinque et eo probare illa, et ideo uenire non possum. et

alter dixit: uxorem duxi, et ideo uenire non possum. dico autem uobis, quoniam nemo ex hominibus illis inuitatis gustabit de caena mea. Item in actibus apostolorum: Tempora igitur ignorantiae despiciens deus denuntiat nunc hominibus, omnes ubique agere paenitentiam. eo quod statuit diem iudicare orbem terrae in aequitate.

Vi. De Timore Domini

In exodo: Post dominum deum uestrum pergite et hunc timete et praecepta eius custodite et uocem eius audite et adquiescite ei. Item in psalmo XXXII: Ecce oculi domini super timentes eum, qui sperant in misericordia eius. Item

in psalmo XXXIII: Timete dominum, sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. Item in psalmo CXXVII: Beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in uiis eius. Item in prouerbiis: Timor domini adicit dies: anni autem impiorum minuentur. Item illic: Munitio iusti timor domini. contritio autem operantibus mala. Item illic: Timor domini uiro in uitam: qui autem sine timore est, commorabitur in locum, quem non uisitat scientia. Item illic: Generatio sapientiae timor domini, diuitiae et gloria et uita. Item illic: Non aemuletur cor tuum peccatores, sed in timore domini esto tota die. Item illic: Beatus qui metuit omnia per timorem. nam qui duro est corde, incidet in mala. Item

in ecclesiastico: Initium sapientiae timor domini, etcum fidelibus in utero concreatus est, et cum electis seminibus creditur, et cum iustis et sensatis agnoscitur. Item illic: Timor domini scientiam agnoscit sanctitatis. castitas custodiet et iustificabitur cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Item illic: Timenti dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur. plenitudo sapientiae timere dominum et plenitudo de fructibus eius. omnem domum illius inplebit a generationibus, et receptacula de thensauris eius. corona sapientiae timere dominum: utraque autem sunt dona dei. Item illic: Timor domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Item illic: Non sis incredibilis timori domini, et ne accesseris ad illum duplici corde. Item illic: Qui timent dominum, non erunt incredi-

biles uerbo eius: et qui diligunt illum, conseruabunt uiam eius. qui timent dominum, parabunt corda sua et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Item illic: Qui timent dominum, custodient mandata eius et patientiam habent usque ad inspectionem eius. Timor domini non despicere iustum hominem pauperem, et non magnificare uirum peccatorem diuitem. Item illic: Omnis sapientia timor domini, et in illa timere dominum. Item illic: Quam magnus qui inuenit sapientiam et scientiam! non est super timentem deum. timor domini super omnia superposuit. Item illic: Si non timorem dei tenueris instanter,

cito subuertetur domus tua. Item in ecclesiaste: Finis omnis uerbi auditor: dominum time et mandata eius custodi: quoniam hoc est omnis homo

quia omne hoc opus adducet deus in iudicium in omni despecto, siue bonum siue malum. Item in prouerbiis: Timor domini odit malitiam, contumeliam et superbiam et uias malorum.

Vii. De Bono Pacis Et Caritatis

In deuteronomio: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Item in psalmo CXVIII: Pax multa diligentibus nomen tuum, et non est in illis scandalum. Iteminpsalmo CXXXII: Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum! Item in prouerbiis: Qui uolunt pacem laetabuntur. Item illic: Melior est panis pusillus cum suauitate in pace

quam domus plena multorum bonorum iniquis inmolationibus cum rixa. Item illic: Qui celat iniuriam quaerit amicitiam: nam qui odit celare disiungit amicos et domesticos. Item illic: Gratia et amicitia liberant, quam serua tibi ne in obprobriis sis. Item in ecclesiastico: Filii sapientiae ecclesia iustorum, et natio eorum oboedientia et caritas. Item illic: In tribus placitum est spiritu meo, quae sunt probata coram deo et hominibus: concordia fratrum et amor proximorum et uir et mulier sibi consentientes. Item in euangelio secundum matthaeum: Beati pacifici, quoniam ipsi fili dei uocabuntur. Item illic: Dico uobis, quia si duobus ex uestris conuenerit super terram de omni

re, quaecumque petieritis a patre meo, qui est in caelis, continget uobis. ubi enim sunt duo aut tres collecti in nomine meo, et ego ibi sum in medio eorum. Item secundum iohannem: Praeceptum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi uos. in hoc cognoscent omnes quod discipuli mei sitis, si dilectionem habueritis in inuicem. Item paulus apostolus ad romanos: Non ergo blasphemetur bonum nostrum. non est enim regnum dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. nam qui in hoc seruit christo, placet deo et probatus est hominibus. itaque quae pacis sunt sectemur et quae aedificationis sunt inuicem custodiamus. Item illic: Caritate fraternitatis inuicem benigni: honore inuicem praeuenientes. Item illic: Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo autem euangelii est dilectio.

Item ad corinthios prima: Aemulamini dona meliora et adhuc maiorem uobis uiam demonstro. si linguis hominum loquar aut angelorum, caritatem autem non habeam, unum sum ut aeramentum sonans aut cymbalum tinniens. et si habeam prophetiam et nouerim mysteria omnia et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. si erogauero omnem substantiam meam pauperibus et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodeest. caritas patiens est, benigna est: caritas non aemulatur: caritas non est perpera, non inflatur, non ambitiosa est, non quaerit quae sua sunt, non inritatur, non cogitat malum, non gaudet iniquitate, gaudet autem ueritate, omnia suffert, omnia sperat, omnia credit, omnia sustinet. caritas

numquam excidit. Item illic: Manent autem spes, fides, caritas, tria haec: maior autem horum est caritas. sectamini caritatem.. Item illic: Vigilate, state in fide, confortamini, uiriliter agite, omnia uestra in caritate fiant. Item ad philippenses: Si qua ergo consolatio in christo, si qua adlocutio caritatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis: implete gaudium meum, ut id ipsum sapiatis omnes, eandem caritatem habentes, unianimes, unum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed humilitate mentis inuicem existimantes sibimet ipsos superiores, non sua singuli respicientes sed quae aliorum. Item ad ephesios: Obsecro ergo uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate

animi et mansuetudine, cum multa patientia, subportantes inuicem in caritate, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Item illic: Estote ergo imitatores dei sicut fili dilecti, et ambulate in caritate sicut et christus dilexit uos, et tradidit semet ipsum pro uobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Item ad timotheum I: Finis enim praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. a quibus quidam recedentes. conuersi sunt in uaniloquium. Item in epistula petri apostoli I: Quapropter omnes consentanei estote, unianimes, conpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, aut maledictum pro maledicto: sed e contrario benedicentes, ut benedictionem hereditatem possideatis. Item illic: Ante omnia autem mutuam inter uos caritatem per-

petuam habentes: quia caritas cooperuit multitudinem peccatorum. Item in epistula iohannis I: Qui dicit se in lumine esse et fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. qui autem diligit fratrem suum, in lumine manet, et scandalum non est in eo. Item illic: Et quia ex hoc cognoscimus caritatem ipsius, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus nostris animas nostras ponere.

Viii. Qvod Vbiqve Sit Dominvs

In psalmo CXXXVIII: Quo ibo ab spiritu tuo ? etafacie tua quo fugiam? si ascendero in caelum, tu illic es: et si descendero in infernum, ades. si sumpsero pennas meas ante lucem et habitauero in postremis maris, etenim illuc manus tua deducet me et tenebit me dextera tua. Item in libro

sapientiae: Sanctus est enim spiritus sapientiae et non liberabit maledictum a labiis suis: quoniam renium illius testis est deus, et cordis illius speculator est uerus et linguae illius auditor: quia spiritus domini repleuit orbem terrarum. Item in esaia propheta: Sanctus sanctus sanctus dominus sabaoth: pleni sunt caeli et omnis terra maiestate eius. Item in ecclesiastico: Quoniam multa sapientia dei, fortis in potentia, uidensomnes sine intermissione. Iteminhieremia propheta: Deus adpropinquans ego sum, dicit dominus, et non deus de longinquo. quod si absconditus fuerit homo in abditis, ego eum non uidebo? nonne caelum et terram ego impleo? dicit dominus.

Viiii. Qvod Dominvs Noterit Occvlta Cordis

In regnorum I: Non quomodo uidet homo, sic uidebit deus: quia homo uidet in facie, deus autem in corde. Item in regnorum III: Quoniam tu solus scis corda filiorum hominum. Item in paralipomenon I: Et nunc, solomon, scito deum patrum tuorum et serui illi in corde perfecto et anima uolente: quoniam omnia corda scrutatur dominus et omnem cogitationem nouit. Item in psalmo VII: Scrutans corda et renes deus. Item in prouerbiis: In conspectu enim dei sunt uiae uiri: in omnes autem cursus eius speculator deus. Item illic: In omni loco oculi domini speculantur

boBes atque malos. Item illic: Mors et infernus manifesta sunt aput deum: quomodo nen etiam corda hominum? Item in iob: si: ego peccaui, quod possum tibi facere, tu qui scis Beasom humanum? Item illic: Ipse enim perspicit opera hominum, nec latet eum quicquam eorum quae faciunt. Item hieremias propheta: Domine, iudicans iusta et probans renes et corda. Item illic: Ego dominus scrutans corda et probans renes, ut dem unicuique secundum uias eius et secundum fructum studiorum eius. Item in ezechiel propheta: Haec dicit dominus: sic dixistis, domus israhel, et cogitationes spiritus uestri noui ego. Item in euangelio

secundum matthaeum: Sciens autem iesus cogitationes eorum dixit: quid cogitatis mala in cordibus uestris ? Item secundum iohannem: Et contristatus est petrus quod dixit ei tertio: amas me? et dixit ei: domine, omnia tu nosti, tu scis quia amo te. Item paulus apostolus ad romanos: In die, cum iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per iesum christum dominum nostrum. Item ad corinthios I: Ideoque nolite ante tempus aliquidiudicare, quo usque ueniat dominus, qui inluminabit consilia cordis: et tunc laus erit unicuique a deo. - Item in actibus apostolorum: Tu, domine, qui nosti corda hominum, ostende nobis quem elegeris ex his duobus. Item in apocalypsi iohan-

nis: Et scient omnes ecclesiae quia ego sum qui scruto renes et corda.

X. Ivste Ivdicandvm

In exodo: Non peruertes iudicium pauperis in iudicio eius. ab omni uerbo iniusto recede. innocentem et iustum non occides: non iustificabis iniustum. et munera non accipies: munera enim excaecant oculos uidentium et coinquinantur uerba iusta. Item illic: Non contemnes pauperem in iudicio. Item in leuitico: Non facies iniquitatem in iudicio: non accipies personam pauperis, neque admiraberis personam potentis: iustitia iudicabis proximum tuum. Item illic: Non facies quod iniustum est in iudicio, in mensuris, in ponderibus et in stateris. statera aequalis et pondus iustum

et meisara iusta erit uobis. ego sum dominus deus uester. Item in deuteronomio: Non sumes personam in iudicio, aduersum minorem et aduersus maiorem iudicabis: non sumes personam hominum, quoniam iudicium dei est. Item illic: Iudices et doctores legis con-

stitues tibi in omnibus ciuitatibus tuis, quas dominus deus tuus dabit tibi per singulas tribus, et iudicabunt plebi iudicio iusto: non declinabunt iudicium, non accipient personam, nec accipient munera: munera enim excaecant oculos sapientum et subtrahunt sermonem iustum. iustitiam sequimini, ut uiuatis. Item illic: Maledictus qui declinauerit iudicium aduenae et orfano et uiduae. et dicit omnis populus: fiat, fiat. Item in libro paralipomenoa II: Et statuit iosaphat iudices in omnibus ciuitatibus iuda munitis et per singulas ciuitates dixit iudicibus: uidete quid uos facietis: non enim homini iudicabitis, sed domino: et uobiscum est in

uerbo iudicii. nunc sit timor domini super uos, et seruetis et faciatis: neque enim est cum domino deo nostro iniquitas neque personae acceptio neque munerum acceptio. Item illic ad sacerdotes: Ita facietis in timore domini, in fide et corde perfecto: et omne iudicium quod acceptum fuerit super uos a fratribus uestris, qui habitant in ciuitatibus suis inter medium sanguinis et inter medium legis, in mandatis ad iustificationes et ad iudicia: et distinguetis eis, et non peccabunt domino. Item in libro hesdrae I: Veritas autem permanet et inualescit in aeternum et uiuet et perseuerat in saecula saeculorum, et non accipit personam hominis nec differentias, sed iusta iudicat et facit: ab omnibus iniquis dolosis et impiis discedit, et omnes iusti sperant in eam, et non est in iudicio illius iniustitia: et eius est fortitudo et regnum et potestas illius in saecula saeculorum. benedictus est enim dominus ueritatis ! Item in psalmo LVII: Si uere

utique iustitiam loquimini, iusta iudicate, fili hominum. 1 tem i n psalmo LXXXI: Quousque iudicatis iniquitatem et faciespeccantium sumitis? iudicate pupillo et egeno, humilem et pauperem iustificate: eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate. Item in prouerbiis: Misericordia et fides non te derelinquat, et ueritas possideat te: conprehende eas ex animo tuo diligenter, et inuenies gratiam. et prouide bona coram deo et hominibus. Item illic: Perdit semet ipsum qui munera accipit: nam qui odit munerum acceptiones uiuit. Item illic: Accipientis munera in sinum inique non prosperabuntur uiae. Item illic: Mirari faciem impii non est bonum, nec sanctum est declinare iustum in iudicio. Item illic: Facere iusta et ueracem esse placet deo magis quam hostiarum sanguis. Item illic: Haec autem uobis dico sapientibus cognoscere:

reuereri personam in iudicio non est bonum. Item illic: Qui dicit iustum impium esse, maledictus erit populis et odibilis gentibus. nam qui arguunt, meliora sperabunt. Item illic: Aperi os tuum uerbo dei et iudica omnibus integre. aperi os trium et iudica iuste: discerne autem pauperem et infirmum. Item illic: Nouit iustus iudicare pauperibus: nam impius non intellegit scientiam, et inopi sensus non est intellector. Item illic: Regis in ueritate iudicantis pauperibus, sedis eius in testimonium resurget. Item in ecclesiastico: Noli quaerere eligi iudex nisi uirtute inrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in astutia tua. Item illic: Est qui perdat animam suam prae confusione, et prae personae acceptione perdet se. Item illic:

Sehia et dona excaecant oculos iudicum, et quasi mutus in ore multorum auertit correptionem. Item in esaia propheta: Vae his qui iustificant impium propter munera, et quod

iustum estiniuste auferunt! Item illic: Vae scribentibus nequitiam, declinantes iudicium inopum, et rapientes iudicium pauperum plebis meae ! ita ut sit illis uidua in rapinam, et pupillus in depraedationem. et quid facient in die uisitationis? Item illic: Qui ingreditur in aequitate, loquitur rectam uiam, qui odit iniquitatem et iniustitiam, et manus abstinet a muneribus, grauat aures, ut non audiat iudicium sanguinis, eludit oculos, ut non uideat iniquitatem: hic habitabit in alta spelunca petrae firmae, fortis panis illi dabitur et aqua eius fidelis. Item illic: Haec dicit dominus: custodite iudicium, facite iustitiam, adpropriauit enim salutare

meum aduenire, et misericordia mea reuelari. beatus uir qui facit haec, et homo qui amplectitur ea, et custodit, ne sabbata mea uiolet, et seruat manus suas, ne faciat iniqua. Item illic: Ego sum dominus qui diligo iustitiam et odiui rapinam et iniquitates. Item in iob: Testimonium enim impii mors: et ignis conburet domos eorum qui munera accipiunt. concipiet in uentre gemitus, et uenient ei uana, et uenter eius portabit dolum. Item in hieremia: Iudicate mane iudicium, et recte agite, et liberate direptum de manu laedentis eum, ut non succendatur ut ignis ira mea et ardeat, nec erit qui extinguat. et eripite direptum de manu iniuriantis eum, et aduenam et pupillum et uiduam nolite obprimere: et nolite impie agere, et sanguinem innocentem ne effunderitis in loco isto. Item in michaea propheta: Audite itaque haec, duces domus iacob et reliqui domus israhel, qui abominatis

aequitatem et omnia recta euertentes, qui aedificatis sion in sanguinibus et hierusalem in iniquitatibus. duces eorum cum muneribus iudicabant, et sacerdotes eorum cum mercedibus respondebant, et prophetae eorum cum pecuniis diuinabant, et in dominum requiescebant dicentes: nonne dominus est in nobis? non uenient super nos mala. Item in ambacum propheta: Vt quid mihi ostendisti labores et dolores, ut uiderem miseriam et impietatem? aduersus me ortum est iudicium, et iudex accepit. propter hoc disiecta est lex, et non perducitur in finem iudicium: quia impius per potentiam deprimit iustum, ideoque exiet iudicium peruersum. Item in zacharia propheta: Haec dicit dominus omnipotens: iudicium iustum iudicate, et misericordiam et pietatem facite unusquisque ad fratrem suum: et uiduam et orfanum et proselytum et pauperem per potentiam nolite obprimere, et malitiam unusquisque fratris sui ne rememoremini in cordibus uestris. Item iob: Ego eram oculus caecorum, ego pes claudorum, ego inpotentium pater. examinabam causas sine

eiceptione et confringens iniustorum molas auferebam rapinam de mediis dentibus eorum. Item in euangelio secundum iohannem: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.

Xi. Bene Faciendvm Pavperibvs Et Non Pignerandvm

In deuteronomio: Si tibi debitum fuerit a proximo tuo quodcumque, non intrabis in domum eius pignerare pignus: foris stabis, et homo debitum suum, quod est aput ipsum, proferet tibi pignus tuum foras. si autem homo pauper erit, non dormies in pignere eius: reddens reddes ei pignus eius circa solis occasum, et dormiet in uestimento suo et benedicet te, et erit

in te misericordia domini in conspectu dei tui. Item illic: Non accipies pignus uestimentum uiduae, quia famulus

eras in terra, aegypti et liberauit te dominus deus tunsinde. propter hoc ego mando tibi facere uerbum hoc. Item, is exodo: Si autem pecuniam faeneraueris pauperi de too populo, non eris illi instans nec exiges ab eo usuram. quod si pignus tuleris uestimentum proximi tui, ante occasum solis reddes ei: est enim ei hoc solum opertorium paupertatis eius: ubi dormit? quod si proclamauerit ad me, exaudiam illum: sum enim misericors ad uos. Item in prouerbiis: Noli abstinere bene facere pauperi, cum quando habeat manus tua adiuuare. ne dicas: uade et redi, cras dabo, cum possis statim bene facere. non enim scis quid contingat sequenti die. Item illic: Qui contumeliam facit pauperibus, peccat: \' qui autem miseretur pauperem, beatus est. Item illic: Qui calumniam facit pauperi, inritat eum qui fecit illum: nam qui

honorat eum, miseretur pauperis. Item illic: Faenerat domino qui miseretur pauperem: secundum autem datum eius retribuetur ei. Item illic: Qui miseretur pauperi, ipse enutrietur: de suis enim panibus dedit pauperi. Item illic: Qui dat pauperibus, non egebit: qui autem auertit coulam suum, in magna inopia erit. Item in esaia propheta: Vos autem qui succenditis uineam meam, et rapina pauperum in domibus uestris est, ut quid uos iniuriam facitis populo meo et personam inopum confunditis? Item in ezechiel propheta: Egenum et pauperem non depressit et rapinam non rapuit et pignus restituit et in simulacra non posuit oculos suos et iniquitatem non fecit et pecuniam suam non

dedit ad usuram: iustus est, uita uiuet domino. Item tobi: Dirigens autem ad iustitiam in omnibus diebus uitae tuae bene facito coram ipso et noli ambulare in piis iniquitatis, nec auertas faciem tuam ab aliquo egeno et paupere, quoniam elemosyna liberabit a morte.

Xii. Bene Faciendvm Vidvae Et Orfano Bt Advenae

In exodo: Aduenam non nocebitis, nec tribulabitis: fuistis enim et uos aduenae in aegypto. omnem uiduam et orfanum non nocebitis. si autem malitia nocebitis eos, et cruciantes exclamauerint ad me, auditione audiam clamorem illorum, et irascar animo et occidam uos gladio, et erunt uxores uestrae uiduae et filii uestri orfani. Item illic: Et aduenam non tribulabitis: uos enim scitis animas aduenarum: ipsi enim

aduenae foistis in terra aegypti. Item in leuitico: Si quis autem ad uos accesserit aduena in terra uestra, nOli tribulabitis eum: sicut conterraneus inter uos erit aduena, qui accesserit ad uos: diligetis eum tamquam uos, quia et uos aduenae fuistis in terra aegypti. ego\' sum dominus deus uester. Item illic: Et metentibus uobis messem terrae uestrae, non consummabitis messem agri tui permetere: et quae cadent ex messe tua, non colliges. et uineam tuam non racemabis, nec acinam uineae tuae colliges: pauperi et aduenae relinques ea. ego sum dominus deus uester. non declinabis iudicium aduenae et orfani etuiduae. Item iob: Saluabam enim pauperem de manu potentis, et adiuuabam pupillum, cui non erat adiutorium. os uiduae benedixit me. et indutus eram iudicio, et circumdatus aequitate.

ego eram oculus caecorum, ego pes claudorum, ego inpotentium pater. examinabam causas sine exceptione, et confringens iniustorum molas auferebam rapinam de mediis dentibus eorum. Item

in numeris: Scitote autem quia omnis anima, quae superbiens despexerit mandata domini, siue ab indigenis seu de proselytis sit in ciuitate, periet de populo suo, quoniam uerbum domini contempsit et praecepta eius neglexit, et ideo in tribulatione contribulabitur anima ipsa, et peccatum eius in ipsa erit.

Xiii. Non Retinendam Mercedem Mercennarii

In leuitico: Non nocebis proximum tuum et non facies rapinam et non manebit merces mercennarii aput te usque in mane. Item in deuteronomio: Non fraudabis mercedem pauperis et egentis ex fratribus tuis aut ex aduenis qui sunt hoc ciuitatis: cottidianam mercedem eius reddes: non occidet sol super eum, quia pauper est, et in ea habet spem, et non proclamabit aduersus te ad dominum, et erit in te peccatum. Item in prouerbiis: Noli uiolentus esse pauperi: inops est

enim. Item in ecclesiastico: Non laedas seruum operantem in ueritate, neque mercennarium dantem animam suam. Item illic: Qui profert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui percutit filium in conspectu patris sui. panis egentium uita pauperum: qui defraudat illum, homo est sanguinum. qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum, et qui fraudem facit mercedem mercennario. Item tobi: Propter quod et tu, fili, dilige fratres tuos, et noli superbo corde agere cum filiabus filiarum populi tui: nec accipias quemquam ex his in subiectione causa inopiae et necessitatis: quoniam in superbia abundat perditio et infidelitas, nec consistit fortiter cui gradus in tabulis figitur: quia fructus stellionatus decoloratio et deminoratio uitae est: et in tempore angustiae captatio exiguitatis mater est totius nequitiae: et emolumentum turpis lucri in fame adquisitio aeterni ignis est. et haec deuitans, redde mercedem omni homini in die operationis laboranti aput te.

Xiiii. Non Laedendvm Infirmvm

In leuitico: Non maledices surdum. et ante caecum nn pones offendiculum. et timebis dominum deum tuum. ego sam dominus deus uester. Item in deuteronomio: Maledictus qui seduxerit caecum in uia, et dicit omnis populus: fiat, fiat. maledictus qui percusserit proximum in dolo. et dicit omnis populus: fiat, fiat. maledictus qui acceperit munera, at percutiat animam sanguinis innocentis. et dicit omnis populus: fiat. fiat. Item in prouerbiis: Qui obdurat aures suas, ut non audiat infirmum. ipse inuocabit dominum, et non erit qui exaudiat eum. Item illic: Noli uiolentus esse pauperi: inops est enim. nec contumeliam

feceris infirmo in portis: dominus enim iudicat iudicium eius, et tu liberabis animam tuam innocentem. Item in iob: Non te auertat uoluntas animi a precibus infirmorum, cum in necessitate fuerint.

Xv. Non Ambvlandvm In Dolo Vel Hvpocrisi

In leuitico: Non ambulabis subdole in gente tua, non facies aggressuram in sanguinem proximi tui: ego sum dominus deus uester. non loqueris cum fratre tuo aut sorore tua ficte, sed ez corde loqueris, et non erit in te peccatum: ego enim sum dominus deus uester. non habebis odio fratrem tuum in animo tuo: arguendo argues proximum tuum, et non accipies pro illo peccatum: et non uindicabit manus tua, et non irasceris filiis populi tui et diliges proximum tuum tamquam te. ego sum dominus deus uester. legem meam custodite.

non eris consentaneus cum derogantibus aduersus proximum tuum, et non accipies per eos peccatum. pecoribus tuis non facies admissuram aduerso genere, et in uinea tua non seminabis ob duplicem fructum et uestimentum ex duplici textura exsecrabile non cooperiea te. Item in ecclesiastico: Non sis incredibilis timori domini et ne accesseris ad illum duplici corde. ne fueris hypocrita in conspectu hominum et non scandalizeris labiis tuis. adtende in illis, ne forte cadas et adducas animae tuae confusionem, et denudet deus absconsa tua, et in medio synagogae elidat te: quoniam accessisti maligne ad dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia. Item illic: Vae duplici corde et labiis scelestis, etpeccatori ingredienti duas uias! Item illic: Cor ingrediens duas uias non habebit successus: et prauicordius in illis scandalizabitur. Item illic: Qui in altum mittit lapidem, in ipsum-

eadet: et plaga dolosi diuidet uulnera: et qui fodit foueam, ia illam eadet: et qui statuet laqueum proximo suo, periet in illo: facienti nequissimum super ipsum deuoluetur, et non agnoscet unde ueniat illi. Item in iob: Simulatores et callidi prouocant iram dei. Item in hieremia propheta: Ferrum uulnerans lingua eorum, dolosa uerba oris eorum: proximo suo loquuntur pacifica et inter semet ipsos habent inimicitiam. in his ergo non uisitabo, dicit dominus, aut in populum talemnon uindicabit anima mea? Item in Bolomone: Verba callidorum mollia sunt, feriunt autem interiora uiscerum.

Item apostolus ad corinthios II: Nos uero reuelata facie gloriam domini speculantes in eadem imagine transformamur a gloria in gloriam, tamquam a domini spiritu. et ideo habentes hanc ministrationem, prout misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abnegamus occulta dedecoris, non

ambulantes in astutia, neque adulterantes uerbum dei, sed in manifestatione ueritatis commendantes nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. Item illic: Prouidemus enim bona non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus. Item illic: Quae secundum faciem sunt, uidete. Item in euangelio secundum matthaeum: Cauete a pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, abintus autem sunt lupi rapaces: ex fructibus ergo eorum cognoscetis eos.

Xvi. Non Reddendvm Malvm Pro Malo

In exodo: Si autem obuiaueris boni inimici tui aut iumento illius errantibus, reduces et reddes ei. quod si uideris

inmentum inimici tui cecidisse sub onere suo, non pertransies illum, sed potius diriges eum cum eo. Item in prouerbiis: Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari et in subplantatione eius noli extolli, ne forte uideat dominus et non placeat ei et auertat iram suam ab eo. Item illic: Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciendo carbones ignis coaceruas super caput eius. deus autem retribuet tibi. Item in ecclesiastico: Qui se [non] uindicat, adeo inueniet uindictam, et peccata illius seruans seruabit. relinque proximo nocenti te, et tunc petenti tibi peccata tua soluentur. homo homini seruat iram, et a deo quaerit medellam? in hominem similem sibi non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur? ipse coepit retinere iram, et propitiationem petit a deo? quis praestabitur pro delictis eius? memento nouissima, et desine inimicari. memorare timorem dei et non irascaris proximo. memorare testamenti altissimi, et despice

ignorantiam proximi. abstine a lite, minus peccabis. Item in esaia propheta: Audite uerbum domini, qui pauetis nomen eius: dicite: fratres nostri estis his qui uos oderunt et abominantibus uos, ut nomen domini magnificetur et appareat ipsis in iucunditate eorum, et illi confundentur. Item in euangelio secundum matthaeum: Diligite inimicos uestros, et orate pro eis qui uos persequuntur: benedicite maledicentes uos, benefacite eis qui uos oderunt: at sitis fili patris uestri qui est in caelis, qui solem suum iubet oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniuatos. Item apostolus ad romanos: Nolite esse pradentes aput uos: nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus, si possibile est, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non uos defendentes, carissimi, sed date locum irae. scriptum est enim: mihi uindictam, ego retribuam,

dicit dominus. si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciendo carbones ignis coaceruas super caput eius. noli uinci a malo, sed uince in bono malum. Item petrus apostolus I: Quapropter omnes consentanei estote, unianimes, conpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo aut maledictum pro maledicto: sed e contrario benedicentes, ut benedictionem hereditate possideatis. Item in actibus apostolorum: Et lapidabant stephanum inuocantem et dicentem: domine iesu, accipe spiritum meum. ponens autem genua exclamauit uoce magna dicens: domine, ne statuas eis hoc peccatum.

Xvii. Remittendvm Fratri Qvod In Fratrem Deliqverit

In genesi: Videntes autem fratres ioseph quod defunctus esset pater ipsorum dixerunt: ne forte reminiscatur malitiae nostrae ioseph et redditione reddat nobis omnia mala, quae ostendimus ei. et uenerunt ad ioseph dicentes: pater tuus adiurauit nos prius quam moreretur dicens: dicite ioseph: dimitte eis iniquitatem et peccatum, quia maligna tibi ostenderunt. et nunc sume iniquitatem seruorum patris tui. et plorauit ioseph loquentibus eis

ad se. et uenientes ad eum dixerunt: ecce nos famuli tui sumus. et dixit eis ioseph: nolite timere: dei enim sum ego: uos cogitastis aduersus me mala, deus autem cogitauit de me bona quemadmodum fierent, sicut hodie, ut pasceretur populus multus. et dixit eis: nolite timere, ego pascam uos et domos uestras. et rogauit eos, et locutus est in corde eorum. Item in euangelio secundum matthaeum: Accessit ad iesum petrus, et ait illi: domine,

si peccauerit in me frater meus, quotiens remittam illi? usque septies? ait illi: non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. Item illic: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me: ita non oportebat te misereri conaeruo tuo, quomodo ego tibi misertus sum ? et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, donec redderet debitum. sic et uobis faciet pater meus, qui est in caelis, si non remiseritis unusquisque fratri suo ex cordibus uestris. Item secundum lucam: Adtendite uobis: si peccauerit frater tuus, corripe illum, et si paenitentiam egerit, dimitte illi. et . si septies in die peccauerit in te, et si septies in die conuersus uerit dicens: paenitet me, dimitte illi. Item secundum marcum: Et cum steteritis ad orationem, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester, qui est in caelis, dimittat uobis peccata uestra. si autem uos non dimiseritis, neque pater uester, qui est in caelis, dimittet

uobis peccatauestra. Item apostolus ad eolossenses: Induite ergo uos tamquam electi dei sancti et dilecti uiscera misericordiae, benignitatem, lenitatem, iustitiam, patientiam: subportantes inuicem et donantes uobis ipsis, ei quis aduersus aliquem habet querellam: sicut et dominus donauit uobis, sic et uos facite.

Xviii. De Cavenda Sedvctione Malorvm

In exodo: Non accipies auditionem uanam: non consenties cum iniusto fieri testis iniustus: non eris cum pluribus in malitia: non adpones cum multitudine diuertere se cum pluribus, ut excludaris. Item in psalmo I: Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, et in uia peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit: sed in lege

domini fuit uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ae nocte. Item in psalmo XXV: Non sedi in concilio uanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo. odio habui congregationem malignantium, et cum impiis non sedebo. lauabo inter innocentes manus meas, et circumibo altare tuum, domine. Item in prouerbiis: Fili, non te seducant uiri impii, neque uelis, si te rogauerint dicentes: ueni, communica. nobiscum sanguinem, abscondamus autem in terra oirom iustum iniuste: deuoremus autem eom sicut infernus uiuum, et tollamus memoriam eius a terra: possessionem autem eius pretiosam possideamus. Item illic: Fili, ne abieris uias cum illis, declina autem pedem tuum a semitis eorum. non enim iniuste tenduntur retia auibus. ipsi enim qui homicidii participes sunt congregant sibi mala, euersio autem uirorum iniquorum mala. Item illic: Noli gaudere super male facientes, nec aemuleris peccatores: non nim erunt. nati maligno, lumen autem impiorum extinguetur. Item in

I ecclesiastico: Loage abesto ab homine potestatem habente occidendi et non suspicaueris timorem mortis. scito quoniam in medio laqueorum ambulas et inter dolentium arma con-

sistis. secundum uirtutem tuam caue tibi a proximo et cum sapientibus et sensatis tracta. Item tobi: Vide, fili, ne sequaris iter iniquorum, et multitudo peccantium non suadeat te: quoniam stipendia eorum confusio est, finis eorum mors est. tu autem si operatus fueris ueritatem, erit respectus dei in operibus tuis, et cum omnibus qui faciunt iustitiam hereditabis uitam aeternam.

Xviiii. De Honorandis Sacerdotibvs Vel Ministris

In exodo: Non maledices principem populi tui. Item in leuitico: A facie canitiam habentis exurges, et honorabis

faciem presbiteri: et timebis dominum deum tuum. ego sum dominus deus uester. Item in deuteronomio: Et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem, qui adstat ministrare in nomine domini dei tui, aut iudices, qui fuerint in diebus illis, morietur homo ille. Item in ecclesiastico: Congregationi pauperum affabilem te facito, et presbitero humilia animam tuam, et magnato humilia caput tuum. Item illic: In tota anima tua time dominum et sacerdotes illius sanctifica. ex tota uirtute tua dilige eum qui te fecit, et ministros eius non derelinquas. honora deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes. Item illic: Ne despicias narrationem presbiterorum sapientium, et in prouerbiis illorum conuersare: ab ipsis enim disces doctrinam intellectus et seruire magnato sine querella. non te praetereat narratio seniorum, et ipsi enim didicerunt a patribus. Item

apostolus ad timotheum I: Qui bene praesunt presbiteri, duplici honore honorentur, maxime qui laborant in uerbo et in doctrina.

Xx. De Honorandis Parentibvs

In exodo: Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit et longinqui temporis sis super terram bonam, quam dominus deus tuus dabit tibi. Item in leuitico: Vnusquisque patrem suum et matrem suam timeat. Item tobi: Honorem habe matri tuae, et non derelinquas eam, sed consolare eam omnibus diebus uitae tuae, et non contristes uel in modico spiritum eius: sed quod illi placet hoc facito. et commemorare enim, fili, quanta pericula uiderit, cum te pareret: nouem mensibus in utero portauit te: et gemitus

partoritionis eius ne obliuiscaris, quoniam nisi per illam non fuisses. et ideo honora illam in uita sua. Item in ecclesiastico: Qui honorat patrem suum, longiori uita uiuet, et qui obaudit patri, refrigerat matrem. et quasi dominis semet his qui se generauerunt, opere et sermone et omni patientia: et benedictio eius in nouissimo manet. Item illic: Fili, sustine senectam patris tui, et ne contristes eum in uita ipsius: et si defecerit sensus, habe ueniam, et ne spernas eum in tua uirtute: non est enim tibi gloria, sed confusio. elemosyna enim patris non erit in obliuionem. et iustitia aedificabitur tibi, et in die tribulationis commemorabitur tibi: et sicut serenum in glacie, tua soluentur peccata. Item illic: Honora patrem, et gemitus

matris tuae ne obliuiscaris: nisi enim per illos, non fuisses natus: et nunc retribues illis, quomodo illi tibi. Memento matris tuae et patris, in medio

enim magnatorum consistes. Item apostolus ad coloasenses: Fili, obaudite parentibus per omnia: hoc enim placet deo.

Xxi. De Filiis Svperbis

In exodo: Qui autem percusserit patrem suum aut matrem suam, morte moriatur: qui autem maledixerit patrem suum aut matrem suam, morte moriatur. Item in deuteronomio: Maledictus homo, qui non honorificat patrem suum aut matrem suam, et dicit omnis populus: fiat, fiat. Item in prouerbiis: Filio doloso nihil erit boni. Item illic: Qui non honorificat

patrem suum et repellit matrem suam filius, confundetur et in opprobriis erit. filius, qui omittit custodire disciplinam patris, meditabitur eloquia malitiae. Item illic: Maledicentis patri aut matri extinguetur lumen, pupillae autem soculorum eius uidebunt tenebras. Item illic: Filius malus patrem maledicit, matrem autem non benedicit. filius malus iustum se iudicat, exitum autem suum non abluet. filius malus superbos oculos habet, palpebris autem suis extolletur. filius malus gladios dentes habet et cultros molares, ita ut occidat et deuoret humiles a terra et pauperes eorum ex hominibus. Item illic: Oculum inreuerentem patri et contumeliosum senectae matris, effodiant illum corui dd conuallibus, et comedant illum pulli aquilarum. Item illic: Custodit legem filius sapiens: nam qui pascitur luxoria dehonestat patrem. Item illic: Qui repellit patrem suum aut matrem suam, existimat se non peccare, hic particeps est

uiro impio. Item illic: Benedictio patris aedificat domos filiorum, maledictio matris eradicat fundamenta.

Xxii. Non Prodeesse Thensavros Iniqvis

In prouerbiis: Non prodeerunt thensauri iniquis, iustitia autem eripit de morte. Item illic: Non proderunt diuitiae in die irae, iustitia . autem liberat a morte. Item illic: Qm confidet in diuitiis, hic cadit: qui uero adiuuat iustos, hic exorietur. Item illic: Melior est modica pars cum timore domini quam thensauri magni sine timore. Item illic: Melior est modica adquisitio cum iustitia quam multi fructus

cum iniquitate. Item illic: Melius est nomen bonum quam diuitiae multae: super argentum autem et aurum gratia bona est Item illic: Diues et pauper obuiauerunt inuicem, fecit autem ambos dominus. Item in ecclesiastico: Noli adtendere ad possessiones iniquas, et ne dixeris: est mihi sufficiens uita: nihil enim proderit in tempore uindictae et obductionis. Item illic: Nihil est iniquius quam amare pecuniam: tales enim etiam animam suam uenundant: quoniam in uita sua proiecit intima sua. Item illic: Viro cupido tenaci non est bona substantia: et homini liuido ut quid aurum? est qui locupletatur parce agendo, et haec

pars mercedis illius, cum dicit: inueni requiem mihi, manducabo de bonis meis solus. et nescit quod tempus praetereat, et relinquet omnia illis. Item illic: Qui aceruat multa ei

animo suo iniuste, aliis congregat, et in bonis illius alius huoriabitur. Item illic: Qui aurum diligit, non iustificabitur: et qui sequitur multa, in illis inplanabitur. multi dati sunt in auri casum, et facta est in facie illius perditio illorum. Item illic: Lignum ostensionis est aurum: uae qui sectantur . illud! et omnis inprudens periet in illo: multos enim seduxit aurum, et exciderunt sperantes in eo. Item illic: Qui diligit pecuniam, non satiabitur pecunia. Item in eeclesiaste: Est calamitas, quam uidi sub sole, diuitias custodiri in malum possidentis eas, aput quem sunt in perniciem ipsius — sicut uenit, et nihil accipiet ex labore suo, ut uadat, in manu sua. Dixi: melior est super hunc abortus: — requies magis huic quam illi. Item in esaia propheta: Sicut qui in somnis esuriunt et manducant et, cum surrexerint, uanum est somnium eorum, et quemadmodum somniat qui sitit, tamquam bibat et surgens adhuc sitiat, anima autem

eius in uacuum laborauit, ita erunt diuitiae omnium gentium. Item in hieremia propheta: Qui argentum thensaurizant et aurum, in quo confidebant homines, nec est finis substantiae eorum, exterminati sunt, et in infernum descenderunt, et alii 6 in locum. eorum resurrexerunt pro eis. uiam autem domini non intellexerunt neque recordati sunt semitas eius. Item in osee propheta: Pecuniam interitus possidebit: honores eorum ex usuris et ei doloribus. Item in amos propheta: Audite igitur haec, qui opprimitis in mane pauperes, et uiolatis inopes a terra, dicentes: aperiamus thensauros, et faciamus mensuram minorem et adampliemus pondus et faciamus stateram iniquam, ut possideamus pecuniam pauperes etinopespro calciamentis. Item in sophonia propheta: Disperierunt omnes qui exaltantur in argento et auro. Item in ambacum propheta:s o qui adquirit auaritiam malam domui suae! cogitasti confusionem domui tuae, peccauit anima taa. Item in sophonia propheta: Et effundam sanguinem

eorum sicut limum, et carnes eorum sicut stercus boum, et argentum et aurum eorum non poterit liberare eos in die irae domini. Item in ezechiel propheta: Argentum et aurum proicietur in plateis, et aurum eorum disperdetor, animae eorum non fruentur, et uentres eorum non inplebuntur: quoniam tormentum iniquitatium eorum factum est. electa mundi in superbiam posuerunt, et imagines abominationum suarum fecerunt ex eis. Item in hieremia propheta: Non glorietur sapiens in sua sapientia, neque glorietur fortis in fortitudine sua, sed glorietur qui gloriatur scire et intellegere dominum et facere iustitiam et iustificationem, iudicium in medio terrae. Item in psalmo XXXVIII: Quamquam in imagine dei ambulet homo, tamen uane conturbabitur: thensaurizat et ignorat cui congregabit ea. Item in psalmo XLVIII: Ne timueris cum diaes factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam non cum morietur accipiet omnia, neque simul descendet cum eo gloria domus eius. Item in psalmo LI: Ecce homo, qui non posuit deum adiutorium suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum et praeualuit in uanitate sua. Item in

psalmo LXI: Nolite sperare in iniquitate, et in rapinas nolite concupiscere. diuitiae si fluant, nolite cor adponere. Item in euangelio secundum matthaeum: Nolite thensaurizare uobis thensauros super terram, ubi tinea et aerugo disperdunt et ubi fures effodiunt. sed facite uobis thensauros in caelis, ubi neque tinea, neque aerugo disperdunt, et ubi fures non furantur. ubi enim fuerit thensaurus tuus, illic erit et cor tuum. Item paulus apostolus ad timotheum I: Diuitibus huius saeculi praecipe non superbe sapere, neque sperare in incertum diuitiarum, sed in deum uiuum, qui praestat nobis omnia ad fauendum in uoluntate operum bonorum. bene faciant, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thensaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut adpraehendant ueram uitam. Item iacobus apostolus: Age nunc, diuites, plangite uos ululantes super miserias uestras, quae superueniunt diuitiis

uestris: putruerunt et tiniauerunt uestes uestrae: aurum et argentum uestrum, quod reposuistis in nouissimis diebus, aeruginauit et aerugo eorum in testimonium uobis erit et comedet carnes uestras sicut ignis.

Xxiii. De Paenitentia

In regnorum III: Tu enim solus, domine, qui cadentem populum tuum israhel in conspectu inimicorum suorum erigas dextera tua. quoniam si peccauerint tibi, reuertentur iterum et confitebuntur nomini tuo, et orabunt et deprecabuntur in hac domo, et tu exaudies de caelo, et propitiaberis peccatis populi tui israhel. Item illic: Et si humiliauerit inimicus quamlibet unam ciuitatem eorum, tu aderis tuis in omnem occursum et mitigabis omnem dolorem: quoniam in omnem . orationem et deprecationem paratus es dominus: ut si conuersus fuerit homo, et cognouerit unusquisque admissa cordis

sui, statim ut expanderit manus suas in domum hanc, tu exaudies ex praeparata habitatione et propitiaberis et facies iustificationem secundum omnes uias rogantium te et secundum quod cognoueris cor hominis: quoniam tu solus scis corda filiorum hominum, ut timeant te omnibus diebus, quibus uixerint super terram. Item in psalmo XXXI: Delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitiam meam non operui. dixi: pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino meo, et tu remisisti impietatem cordis mei. Item in aopsalmo XXIIII: Delicta iuuentutis et ignorantiae meae ne memineris. propter nomen tuum, domine, propitiaberis peccato meo: copiosum est enim. Item in psalmo L: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum deus non spernet. Item in ecclesiastico: Quoniam pius et misericors dominus, et remittet in die tribulationis peccata omnibus exquirentibus se in ueritate. Item illic: Sipaenitentiam non egerimus, incidemus in manus domini. secundum magnitudinem eius et misericordia eius cum ipso est. Item illic: Qui diligit dominum, exorabit pro peccatis, et continebit

incise ab illis, et in oratione dierum exaudietur. Item illic: Paenitentibus autem dedit uiam iustitiae, et conroborauit deficientes sustinere, et destinauit illis sortem ueritatis. conuertere ad dominum et relinque peccata tua, et nimis odito exsecrationem. cognosce iustitias et

iudicia domini. sta in sorte propositionis et oratione altissimi. in partem uade saeculi sancti cum iustis et dantibus confessionem. non demoreris in errore impiorum. a mortuo quasi nihil dimittitur confessioni. uiuus et sanus confiteberis et laudabis dominum, et gloriaberis in miserationibus illius. magna misericordia domini et propitiatio illius conuertentibus ad se! Item illic: Fili, peccasti, non adicias iterum, sed et de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Item illic: Quasi a facie colubri fuge peccata. si accesseris ad illa, capient te quasi dentes leonis in deuorando interficientes quasi romphaea bis acuta, iniquitatium uindex, plagae illius medella non est. Item in esaia propheta: Memores estote

horum et ingemescite, paenitentiam habete qui erratis, conuertimini ex corde. Item illic: Sic dicit dominus sanctus israhel: cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris et scies ubi fueris. cum confidebas in illis, uana uirtus uestra facta est. et nolebatis audire. Item illic: Domine, miserere nobis: in te enim confidimus. factum est semen nostrum in perditionem non credentium, salus autem nostra in tempore tribulationis. propter uocem timoris tui. Item illic: Ego sum qui doleo iniquitates tuas et memordi iniquitates tuas prius, ut iustificeris. Item illic: Abstine te ab iniquitate, et non timebis ea: mors non adpropriat tibi. Item illic: Quaerite dominum, et mox inueneritis eum, inuocate eum. statim uero cum adpropinquauerit uobis, relinquat impius uias suas et uir iniquus consilia sua, et conuertantur ad dominum, et misericordiam consequentur: quia relinquet multum peccata uestra. Item illic: . Cum clamare coeperis, extraham te de pressura tua. Item illic: Conualescite, manus dimissae et genua dissoluta, consolamini qui pusillo animo estis, conaalescite corde, ne timeatis: conuertimini, et salui eritis. Item illic: Spiritus domini

super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde, praedicare captiuis remissionem et caecis uisum restituere, uocare annum domini acceptum, diem retributionis: consolari omnes lugentes, dare eis qui lugunt sion gloriam pro cinere, unctionem laetitiae lugentibus, pro spiritu maestitiae amictum gloriae: et uocabuntur saecula iustitiae, plantatio domini in gloriam. Item in hieremia propheta: Conuertimini, fili reuertentes, et sanabo contritiones uestras. Item illic: Ecce ego iudico aduersus te, in eo quod dicis: non peccaui. quia contempsisti nimis iterando uias tuas, quia reppulit deus spem tuam, et non proficies in ea. Item illic: Cingite uos ciliciis et plangite et ululate: quoniam non auertit ira domini a uobis. Item illic: Ablue a malitia cor tuum, hierusalem, ut salueris. usquequo erunt in te cogitationes dolorum tuorum? Item illic: Haec dicit dominus: numquid qui cadet non resurget ? aut qui auertit se non conuertetur? quare conuertit populus iste conuersionem malignam, et tenuerunt praesumptionem suam et noluerunt conuerti? praebete ergo aurem et audite: non est homo paenitentiam agens a malitia sua, dicens: quid. feci? defecit quia currebat a cursu suo, sicut equus sudans in hinnitu suo. et asida in caelo cognouit tempus suum,

turtur et hirundo, cui cellae agri, custodierunt tempora. introitus sui: populus autem meus non cognouit iudicium domini sui. Item illic: Auertatur iam nunc unusquisque a uia sua mala, et meliora facite studia uestra. Item illic: Domine omnipotens, deus israhel, anima in angustia et spiritus anxius clamat ad te. audi [me], domine, quia tu deus misericors, et

miserere quia peccauimus in conspectu tuo, quia tu es deus in aeternum. Item illic: Domino deo nostro iustitia, nobis autem confusio [et] faciei nostrae: quia peccauimus in conspectu domini et non credidimus ei, et non audiuimus uoqum domini dei nostri, ut ambularemus in praeceptis eius, quae dedit nobis. Et non sumus deprecati dominum, ut auerteremus unusquisque a cogitationibus cordis sui nequissimi. Peccauimus, impie gessimus, iniquitatem egimus, domine deus noster, in omnibus iustificationibus tuis.

Inclina, domine, aurem tuam et audi: aperi, domine, oculos tuos et uide quia non mortui qui in inferno sunt, quorum accepisti spiritum de uisceribus eorum, dabunt gloriam et iustificationem domino: sed anima anxia in statu, quod ambulat inclinatum et infirmum, et oculi deficientes et anima esuriens dabunt tibi gloriam et iustificationem, domine., Item illic: Perscrutemus uias nostras et conuertamur ad dominum: mundemus corda nostra cum manibus nostris et respiciamus ad dominum, qui habitat in caelis. Item in. osee propheta: Reuertere, israhel, ad dominum deum

tuum, quia infirmatus es per iniquitates tuas. sumite uobiscum multos et conuertimini ad dominum deum uestrum. dicite illi: potens es dimittere peccata, ut accipiatis bona. Item in iohel propheta: Et nunc sic dicit dominus deus uester: conuertimini ad me ex toto corde uestro et ex tota anima uestra in ieiunio et fletu et in planctu. et disrumpite corda uestra et non uestimenta uestra: et conuertimini ad dominum deum uestrum, quia misericors et patiens est et magnianimus et multum misericors et patiens in malignitatibus. Item in ezechiel propheta: Et iniquus si conuertat se ab omnibus iniquitatibus suis, quas fecit, et custodierit omnia mandata mea et fecerit iustitiam et misericordiam, uita uiuet et non morietur: et omnia delicta, quaecumque fecit, non erunt in memoria: in sua iustitia, quam fecit, uitam uiuet, dicit dominus. numquid enim uolo mortem iniqui, quam ut auertat se a uia sua maligna et uiuat? Item illic: Conuertimini et auertite uos ab omnibus impietatibus uestris, et non erunt uobis in poenam iniquitatis. proicite a uobis omnes impietates uestras, quas impie fecistis in me, et facite uobis cor nonum et spiritum nouum. et ut quid moriemini, domus srahel? Item in euangelio secundum matthaeum:

Quis ex uobis habens centum oues, cui si errauerit una, nonne relictis nonaginta et nouem in montibus ibit quaerere illam quae errauit? si contigerit, ut inueniat eam, amen dico uobis quia gaudebit super illam magis quam propter nonaginta et nouem quae non errauerunt. sic uoluntas non est patris uestri, qui est in caelis, ut pereat unus ex istis pusillis. Item in actibus apostolorum: Paenitentiam agite et conuertimini, ut deleantur peccata uestra. Item paulus apostolus ad corinthios II: Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad paenitentiam. contristati enim estis secundum deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex uobis. nam secundum deum tristitia paenitentiam in salutem stabilem operatur. nam huius mundi tristitia mortem operatur. Item petrus apostolus in epistula II: Non tardat dominus sui promissi, sicut quidam tarditatem existimant, sed expectat propter uos nolens aliquem perdere,

sed omDef expectat in paenitentiae locum reuerti. Item in apocalypsi: Et angelo laodiciae ecclesiae scribe: haec dicit ille amen, testis fidelis et uerax, principium creaturae dei:

noui opera tua, quia neque frigidus neque calidus ea: utfoam frigidus esses aut calidus sed quoniam tepidus, euomam te ex ore meo. quia dicis: diues sum et locupletatus sum, et nihil opus est mihi: et nescis, quia tu es miser et miserabilis et mendicus et nudus et caecus. suadeo tibi a me emere aurum igne probatum, ut diues sis et locupleteris, et uestimenta mea alba, ut induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuae: et collurio inungue oculos tuos, ut uideas. ego quoscumque amo arguo. et castigo. aemulare igitur et age paenitentiamecce sto ad ianuam et pulso. si quis audierit uocem meam et aperuerit ianuam, introibo ad illum et caenabo cum illo, et ille mecum. qui uincit, dabo illi sedare mecum in sede mea, quomodo et ego uici et sedeo cum patre meo in sede ipsius.

Xxiiii. De Elemosvnis

In psalmo CXI: Diaperait, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi. Item in prouerbiis: Noli abstinere bene facere pauperi, cum quando habeat manus tua

paaadiuuare. ne dicas: uade et redi, cras do, cum possis statim bene facere: non enim scis quid contingat sequenti die. Item illic: Redemptio animae hominis diuitiae ipsius. Item illic: Qui miseretur pauperem, beatus est. Item illic: Qui honorat dominum, miseretur pauperem. Item illic: Elemosynis et fide mundantur peccata: qui autem miseretur, misericordiam consequetur. Item illic: Faenerat dominum qui miseretur pauperem: secundum autem datum eius retribuetur ei. Item illic: Fructus hominis elemosyna est. Item illic: Qui obdurat aures, ut non audiat infirmum, et ipse inuocabit dominum et non erit qui exaudiat eum. Item illic: Qui miseretur pauperem, ipse enutrietur: de suis enim panibus dedit pauperi. Item illic: Qui dat pauperibus, non egebit: qui autem auertit oculum suum, in

magna inopia erit. Item in ecclesiastico: Ignem ardentem extinguet aqua, et elemosyna resistet peccata: et deus conspector, qui reddet gratiam, meminit in posterum, et in tempore casus tui inuenies firmamentum. Item illic: Fili, elemosynam ne defraudes pauperis, et ne auertas oculum tuum ab egeno et inope: animam esurientem ne despexeris, et non protrahas datum angustati: rogationem tribulati ne abicias, et non auertas faciem tuam ab egeno, et ab inope non auertas oculum tuum propter iram: et non relinquas quaerentibus retro maledicere tibi: maledicentis enim te in amaritudine, exaudietur precatio illius: exaudiet autem qui fecit illum. declina pauperi aurem tuam, et redde debitum tuum, et responde pacifica in mansuetudine. Item illic: Noli esse pusillianimis in anima tua: exorare et facere elemosynam non despicias. et pauperibus porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio et benedictio tua. Item illic: Bene fac iusto, et inuenies retributionem magnam: et si non ab ipso, certe a domino. Item illic: Fili, bene fac tecum, si habes, et domino dignas oblationes offers. memorare quoniam mors non tardat et testamentum inferorum demonstratum est tibi: testamentum huius mundi morte moritur. ante mortem bene fac amico tuo, et secundum uires tuas

eiporrigens da pauperi. non defrauderis a die bono, et particula boni doni non te praetereat. nonne aliis relinques labores et dolores tuos? ante obitum tuum para iustitiam, quoniam

non est aput inferos inuenire cibum. Item illic: Elemosyna uiri quasi signaculum cum eo, et gratia hominis quasi pupillam conseruabit Item illic: Verum tamen super humilem animaequitarda, et pro elemosyna non trahas illum. perde pecuniam propter fratrem et amicum, et non abscondas illam sub lapide in perditionem. pone thensaurum tuum in praeceptis altissimi, proderit tibi magis quam mater. conclude elemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo. Item illic: Speciosa misericordia in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiae in tempore necessitatis. Item in osee propheta: Quoniam misericordiam uolo quam sacrificium, et agnitionem dei quam holocausta. Item in deuteronomio: Non deerit egens a terra tua: propter hoc praecipio tibi facere hoc uerbum dicens: aperiens aperies manus tuas fratri tuo pauperi et egenti in terra tua, unusquisque pro uiribus manuum suarum secundum benedictionem domini dei tui quam dedit tibi. Item iob: Viduae oculum non feci flere super me, uel si umquam panem meum solus

Speciosa misericordia in die tribulationis. In iob cap. : (la-

manducaui et non tradidi pupillo ex ipso, si despexi nudum transeuntem et non uestiui, si infirmorum non me benedixerunt umeri, si de tonsura ouium mearum non calefacti sunt, si non aperui ad pupillum manum meam aut non fui adiutorium illis: discedat umerus meus a iugulo meo, et brachium meum a iugulo meo disrumpatur. haec enim facientem timor domini continebat me. Si permisi minimum et inpotentem uacuo gremio exire ianuam meam, non respiciat me manus domini: dirigens enim in hoc cor meum timebam deum. Item bias: Bene facito coram ipso, et noli ambulare in uias iniquitatis. nec auertas faciem tuam ab egeno et paupere, quoniam elemosyna liberat a morte. et uide, fili, ne sequaris Uias iniquorum, et multitudo peccantium non suadeat te. Item illic: Tu autem si operatus fueris ueritatem, erit respectus dei in operibus tuis, et cum omnibus qui faciunt iustitiam hereditabis uitam aeternam. Item illic: Non tardes autem de substantia tua elemosynam porrigere, nec auertas faciem tuam a paupere: hoc enim faciente te non

auertet a te facies dei: quia restituet unicuique secundum opera eius. Item illic: Tu autem secundum quod habuerit manus tua porrige illam: et si fuerit tibi copiosa substantia, facile tribuens bene fac, et diues esto in operibus bonis. sed et si exigua fuerit substantia tua, ex hac ipsa sine tristitia communica, et ne timueris paupertatem faciens elemosynam, quia indeficiens est in suis des, et tu praemium bonum repones tibi, praeparans praesidium eius in diem necessitatis. quoniam elemosyna eruet a morte, et non patitur ire in tenebras facientem bene. elemosyna enim acceptabile munus dei est, et adest omnibus qui faciunt eam coram domino. Et de pane tuo communica esurienti: et tege nudos de uestimentis tuis : ex omni quod euperhabundauerit tibi fac elemosynam, et non inuideat bonae uoluntati tuae oculus tuus. Et noli commoueri, fili, quod pauperam uitam gessimus: habes enim multa bona, si custodieris hereditatem praeceptorum meorum: quoniam perfecta est oratio cum ieiunio, et elemosyna cum iustitia. et in his omnibus etiam modicum cum iustitia melius est, quam plurimum cum iniquitate: et potius est te thensaurizare elemosynam misericordiae quam abundantia pecuniarum. quoniam elemosyna liberat a morte et non patitur ire in tenebras, et ipsa est quae purgat peccata: et qui faciunt elemosynam operan-

tur iustitiam, saturabuntur in uitam aeternam. Item paulus apostolus ad romanos: Placuit autem in machedonia et achaia commemorationem aliquam facere in pauperes, qui sunt in hierusalem sanctorum. debitores sunt enim ipsorum. si enim spiritalibus eorum communicauerunt gentes, debent et gentes in carnalibus seruire eis. Item ad corinthios II: Necessarium autem existimaui rogare fratres, ut pergant ad uos et praeparent ante promissam benedictionem hanc paratam esse, sed sic quasi benedictionem, non quasi auaritiam. hoc autem dico, quia qui seminat parce, parce et metet, et qui seminat in benedictione de benedictione et metet uitam aeternam. unusquisque sicut proposuit corde, non ex tristitia aut necessitate: hilarem enim datorem diligit deus. Item ad galatas: Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Item ad philippenses: Non quod quaeram datum, sed requiro fructum habundantem in ratione uestra. habeo autem omnia, et habundo: repletus sum acceptis ab epaphrodito quae a uobis missa sunt, odorem suauitatis, hostiam acceptabilem placentem deo. Item iohannes apostolus I:

Qnicumque autem habuerit substantiam mundi, et uiderit fratrem suum egere, et clauserit uiscera sua ab eo, quomodo . caritas dei manet in illo? filioli, non diligamus uerbo tantum et lingua, sed opere et ueritate. Item iacobus apostolus: Sanctitas autem pura et incontaminata haec est aput deum patrem uisitare orfanos et uiduas in angustia ipsorum, et inmaculatum se seruare a mundo. Item illic: Iudicium . enim sine misericordia ei qui non fecit misericordiam: quoniam misericordia praefertur iudicio. Item illic: Quid prodeeat, fratres, si fidem quis dicat in semet ipso manere, opera autem non habeat? numquid potest fides sola saluare eum? si frater aut soror nudi fuerint, et defuerit eis cottidianus cibus, dicat autem eis aliquis uestrum: ite in pace et calefacimini et satiemini, et non det eis necessaria corporis, quid prodeest haec dixisse eis ? sic et fides, quae non habet opera, mortua est circa se. sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, sic et fides sine operibus mortua est. Item in euangelio secundum matthaeum: Omni petenti te

tribue: et ab eo qui mutuum uult accipere noli te auertere. Item illic: Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis et in plateis, ut honorificentur ab hominibus: amen dico uobis, quia habent mercedem suam. te autem faciente elemosynam, nesciat manus tua sinistra quid faciat dextera tua, ut elemosyna tua in abaconso, et pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi in palam. Item secundum lucam: Verum tamen date elemosynam, et ecce omnia munda uobis. Item illic: Ifitendens autem iesus, uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. uidit autem et quandam uiduam pauperculam mittentem aera minuta duo. et dixit: uere dico uobis, quia uidua haec paupercula plus omnibus misit. omnes hi ex abundanti sibi miserunt in dona dei: haec autem ex eo quod deest illi, omnem uictum quem habuit misit. Item illic: Yendite quae possidetis, et date elemosynam. facite uobis sacculos, qui non ueterescunt, thensaurum non deficientem in caelis, ubi Air non accedit neque tinea conrumpit. ubi enim fuerit thensaurus uester, ibi et cor

uegtrum erit. Item in actibus apostolorum: Omnes autem qui credebant habebant in unum omnia communia, . et possessiones et quaecumque habebant uendebant, et diuidebant cottidie omnibus, prout unicuique opus erat. Item illic: Multitudinis uero credentium erat cor et anima una: et nemo eorum quae possidebant quidquam suum proprium esse dicebant, sed erant eis omnia communia.

Xxv. Semper Orandvm

In psalmo CXVIII: Memor fui in nocte nominis tui; domine, et custodiui legem tuam. Item illic: Medianocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiae tuae. Item in psalmo VI: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis stratum meum rigabo. Item in psalmo CXXXIII: In noctibus extollite maaus uestras in sancta, et

benedicite dominum. Item in ecclesiastico: Non inpediaris orare semper, et non ueteris usque ad mortem iustifieari: quia merces domini manet in aeternum. ante orationem praepara animam tuam, et noli esse quasi homo, qui temptat deum. Item illic: Deprecatio pauperis ex ore festinat usque ad nubes, et iudicium festinato ueniet illi, et precationem molem exaudit. Item illic: Non despiciet preces pupilli, nec uiduam si effundat orationem. nonne lacrima ad maxillam descendit, exclamatio uero ad caelum ascendit, et deus exauditor delectans in illis ? Item illic: Qui placet domino, in oblectatione suscipietur, et precatio illius usque ad nubes propinquabit. oratio humiliantis se nubes penetrabit, et donec propinquet non tardabitur, nec recedet donec inspiciat

altissimus. Item secundum lucam: Et ait iesus: quis uestrum habebit amicum et ibit ad illum media nocte et dicet illi: amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit ad me de uia et non habeo quod ponam ante illum. et ille intus respondens dicet: noli mihi molestus esse, iam enim ostium clausum est, et pueri in cubiculo mecum sunt, non possum surgere et dare tibi. et ille si perseuerauerit pulsans, dico uobis, et si non dabit ei surgens eo quod amicus eius est, propter improbitatem autem eius surget et dabit illi quantos desiderat ego uobis dico: petite, et dabitur uobis: quaerite, et inuenietis: pulsate, et aperietur uobis. omnia enim qui petit accipit, et qui quaerit inuenit, et pulsanti aperietur. Item illic: Vigilate itaque in omni tempore, ut digni habeamini effugire ista omnia quae futura sunt, et stabitis ante filium hominis. Item ad philippenses: Dominus in proximo est: nihil solliciti sitis, sed in omni

watione cugi gratiarum actione postulationes uestrae innotescant aput deum. et pax dei, quae superat omnem mentem, dirigit corda uestra et corpora in christo iesu. Item ad tbessalonieenses I: Semper gaudete in domino, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite: haec est enim uoluntas dei in christo iesu ad uos. Item ad colossenses: Orationi instate, uigilantes in illa cum gratiarum actione. Item ad timotheum I: Volo, igitur uiros orare in omni loco, leuantes sanctas manus sine ira et disceptatione. Item illic: Quae autem uere uidua est et desolata, sperat in deum et instat orationibus nocte et die.

Xxvi. De Isa Dei Et Ivdicio Ventvro

In deuteronomio: Quia ignis exarsit ab ira mea, et ardebit usque ad inferos deorsum: comedit terram et nascentia eius, et concremat fundamenta montium. Item illic: Ecce haec collecta sunt in thensauris meis: in die iudicii reddam in tempore, cum lapsus fuerit pes eorum: quia prope est dies perditionis eorum, et adueniet parata uobis: quia iudicauit dominus plebem suam, et in seruis suis consolabitur. Item illic : Et retribuam iudicium inimicis, et odientibus me restituam. Item in psalmo VII: Dominus iudex iustus, fortis et patiens, numquid irascetur per singulos dies? nisi conuertamini, gladium suum uibrabit, arcum suum tetendit et parauit illum: et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas

ardentibus operatus est. Item in psalmo XLVIUI: Deus manifeste ueniet, deus noster, et non silebit. ignis in conspectu eius ardebit, et in circuitu eius tempestas ualida. Item in esaia propheta: Ylulate: prope est enim dies domini, et contritio a deo ueniet. Item illic: Ecce enim dies domini sine refrigerio adueniet indignationis et irae, ponere orbem terrae desertum et peccatores perdere ex eo. nam stellae caeli et lucifer et omne ornamentum caeli lumen non dabunt, et obscurabuntur sole oriente, et lunae non permanebit lumen. et mandabo uniuerso orbi mala et impiis peccata eorum: et perdam contumeliam iniquorum, et contumeliam superborum . humiliabo. et erunt qui derelicti sunt pretiosi magis quam aurum, et homo pretiosus magis quam lapis ex saphir. Item illic: Ecce enim dominus ut ignis ueniet, et ut tempestas currus eius, reddere in ira uindictam et interitum flammae ignis. in igne enim domini iudicabitur omnis terra, et in

romphaea omnis caro. Item illic: Visitatio enim erit cum commotione et tonitruis et terrae motus, cum uoce maxima tempestas decidens, et flamma ignis consumens. Et conuoluetur caelum ut liber, et omnia sidera eius cadebunt ut folia de uite et ut folia de ficu. Dies enim iudicii domini et annus retributionis. Item in amos propheta: Vae qui concupiscunt diem domini! et ut quid uobis hunc diem domini? et hic est dies tenebrae et non lux. quemadmodum si fugiat homo. a facie leonis, et incidat ei ursus, et insiliat in domum suam et infulciat manus suas in parietem, et mordeat eum serpens. nonne tenebrae sunt dies illa domini, et non lux, et nebula sine lumine? Item in iohel propheta: Praecingemini et plangite uos, sacerdotes, lugite, deseruientes altario, introite, dormite in ciliciis, qui deseruitis deo, quia cessauit de domo dei uestri sacrificium et elibatio. Item illic: Sanctificate ieiunium, praedicate deseruitionem,

conuocate seniores et omnes inhabitantes terram in domum domini dei nostri et clamate ad dominum uehementer: uae mihi, uae mihi, uae mihi, in diem domini! quia prope est dies domini, dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et nebulae. ante conspectum eius turbabitur terra et mouebitur caelum, et sol et luna contenebrabuntur, et sidera decident nec dabunt lumen suum. et dominus dabit uocem suam ante conspectum exercitus sui, quia multus est nimium exercitus illius, et quia ualida sunt opera sermonum eius, et magnus est dies domini, magnus et manifestus nimium, et quis erit sufficiens illi? Item in sophonia propheta: Vox diei domini amara et dura constituta. dies potens, dies iracundiae dies ille, dies tribu-

lationis et necessitatis, dies infelicitatis et exterminii, dies tenebrarum et tempestatis, dies nubis et caliginis, dies tubae et clamoris super ciuitates firmas et super angulos excelsos. Item illic: Et effundam sanguinem eorum sicut limum, et carnes eorum sicut stercora boum, et argentum et aurum eorum non poterit liberare eos in die

irae domini. Item in esaia propheta: Et exibunt sancti, et uidebunt membra hominum, qui praeuaricati sunt in me: uermis enim eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur: et erunt in aspectu omni carni. Item secundum matthaeum : Sic erit in consummatione saeculi huius: exient angeli et separabunt malos a conuersatione iustorum, et mittent illos in caminum ignis: ibi erit fletus eorum et stridor dentium. Item illic: Confestim autem post illos dies tribulationum sol conuertetur in tenebras, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadebunt de caelo, et uirtutes caelorum mouebuntur. et tunc apparebit signum fili hominis in caelo, et tunc plangent se uniuersae tribus terrae, et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa et maiestate. et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna, et congregabunt electos eius a quattuor

angulis uentorum, a summis caeli usque ad summum eorum. Item petrus apostolus II: Adueniet autem dies domini sicut fur, in qua caeli magno impetu transcurrent, et elementa ignis calore soluentur, et terra et ea quae in ipsa opera omnia. eorum omnium pereuntium, qualia debent edere exsecrabilibus escis et impietatibus non expectantes praesentiam diei domini, per quem caeli ardentes soluentur et elementa ignis ardore decoquentur. Item in apocalypsi iohannis: Dubiis autem et infidelibus et abominandis et homicidis et adulteris et maleficis et idolis seruientibus et mendacibus pars illorum in stagno ignis ardentis et sulfore, quod est mors secunda.

Xxvii. De Resvrrectione

In iob: Fili tui erunt sicut uiridia agri. et in consummatione saeculi exurgens de sepultura reuerteris ut triticum maturum, quod ad tempus suum secatur, et ascendit in massa areae, quae omni hora adcumulatur. nam suscitauit eum de terra qui sine malitia est, nec obliuiscetur illum. Item illic: Quoniam scio quod, etsi mortuus fuerit homo, consummans dies uitae suae, non periet coram te, sed uiuet. propter quod et ego sustinebo, quousque iterum fiar: et cum uocaueris me, obaudiam. opera manuum tuarum. Item in ezechiel propheta: Et facta est super me manus domini, et duxit me in spiritu dominus, et posuit me in medio campo, et hic plenus erat ossibus humanis. et circumduxit me per gyrum super faciem eorum. et ecce multa nimis super faciem campi, arida nimis. et ait ad me: fili hominis, si uiuent ossa ista?

et ego respondi: domine, tu scis haec. et ait ad me: fili hominis, prophetare super ossa ista et dices illis: ossa arida, audite uerbum domini. haec dicit dominus ossibus istis: ecce ego inferam in uobis spiritum uitae, et dabo in uos neruos, et adducam super uos uiscera, et extendam super uos cutem, et dabo spiritum meum in uobis, et uiuetis, et scietis quia ego sum dominus. et prophetaui sicuti mandauit mihi dominus. et factum est, dum propheto

ego, et ecce terrae motus magnus, et accedebant ossa unumquodque ad conpaginem suam. et uidi et ecce nascebantur super illa nerui et carnes, et cutis eitendebatur, et spiritus non erat in eis. et ait ad me dominus: prophetare in spiritu, prophetare, fili hominis, et dic spiritui: haec dicit dominus: a quattuor uentis caeli ueni, spiritus, et insuffia in mortuos istos et uiuant. et prophetaui, sicut mandauit mihi: et intrauit in eos spiritus uitae et uixerunt, et steterunt super pedes suos, congregatio multa nimis. et locutus est dominus ad me dicens: fili hominis, ossa haec domus israhel est. et ipsi dicunt: arida effecta sunt ossa nostra, interiit spes nostra. propterea prophetare et dic: haec dicit dominus: ecce ego aperiam monumenta uestra, et educam uos de monumentis uestris, ut inducam uos in terram israhel. et scietis quoniam ego sum dominus, cum aperiam sepulchra uestra, et educam de monumentis populum meum. et dabo spiritum meum in uos et uiuetis, et ponam uos in terram uestram, et scietis quoniam ego sum dominus: et locutus sum et faciam, dicit dominus. Item in danihelo propheta: Et multi de dormientibus exurgent in opertionem terrae, et exurgent in uitam aeternam. Item illic: Et hii in opprobrium et confusionem aeternam. Item illic: Et exurges in sorte tua in fine dierum. Item in machabaeorum II: Dominus ergo, qui fecit caelum et terram et mare, qui fecit hominem et omnium inquirit actum, ipse spiritum et animam nobis iterum restituet cum misericordia. Item illic: Tu quidem, scelerate et impie, de praesenti uita nos perdes : rex autem mundi — qui regnat in aeternum, et regni eius finis non est — mortuos nos pro suis sanctis legibus in aeternae uitae conuersationem resuscitabit.

Item illic: Melius est eligere mori ab hominibus et a domino spem denuo futurae resurrectionis habere. tibi autem, tyranne, resurrectio in uitam non erit. Item illic: Noli ergo timere carnificem hanc, sed dignus talium fratrum suscipe mortem, ut in ingenti misericordia cum fratribus te recipiam. Item in euangelio secundum iohannem: Sicut enim pater suscitat mortuos et uiuificat, sic et filius quos uult uiuificat. Item illic: Amen dico uobis, quia uenit hora et nunc est, quando mortui audient uocem fili dei et qui audierint uiuent. Item illic: Dico enim uobis, nolite mirari istud, quia ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitae, et qui mala fecerunt in resurrectionem

iudicii. Item illic: Haec est enim uoluntas patris mei, qui me misit, ut omnis qui uidet filium et credit in eum habeat uitam aeternam, et ego resuscitabo eum nouissima me. Item in euangelio secundum matthaeum: Cum coeperint autem haec fieri, respirabitis et leuabitis capita uestra, quia adpropriauit redemptio uestra. Item paulus apostolus ad corinthios I: Nunc autem christus surrexit ex mortuis, incohatio dormientium. nam quia per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. sicut enim in adam omnes moriuntur, ita in christo omnes uiuificabuntur. unusquisque autem in suo ordine: initium christus, deinde hii qui sunt christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis. Item illic: Nolite seduci: conrumpunt mores bonos

conloquia mala. sobrii estote et iusti, et nolite peccare: ignorantiam enim dei quidam habent. ad uerecundiam dico uobis. sed dicit aliquis: quomodo resurgunt mortui? quo

autem corpore ueniunt? insipiens: tu quod seminas non uiuificatur nisi moriatur et quod seminas non corpus quod nascitur seminas, sed nudum granum, ut puta tritici aut alicuius ceterorum: deus autem illi dat corpus prout uult, et unicuique seminum proprium corpus. non omnis caro eadem caro, sed alia quidem hominis, alia pecoris. alia uolatilium, alia autem piscium. et corpora caelestia, et corpora terrestria: alia quidem caelestium gloria, alia autem terrestrium : alia gloria solis, alia gloria lunae, et alia gloria stellarum: stella enim ab stella differt in claritate. ita et resurrectio mortuorum. seminatur in interitum, surgit in perpetuitatem.

seminatur in contumelia, surgit in gloria. seminatur in infirmitate , surgit in uirtute. seminatur corpus animale, surgit spiritale. sic etiam scriptum est: factus est primus homo adam in animam uiuentem, nouissimus adam in spiritu uiuificante. sed non primum quod spiritale est, sed quod animale, deinde spiritale. Item illic: Ecce dico uobis mysterium: omnes quidem resurgimus, sed non omnes inmutabimur in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur. oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem. Item ad corinthios II : Sic enim nos qui uiuimus in mortem tradimur propter iesum, ut et uita iesu manifestetur in carne nostra mortali. Item illic: Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod aedificationem a deo

habemus, domum non factam, aeternam in caelis. nam in hoc gemimus, habitaculum nostrum, quod de caelo est, superuestiri cupientes: si tamen spoliati, non nudi, inueniamur. nam et qui sumus in habitaculo hoc, gemimus grauati in eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri, cupientes, ut absorbeatur mortale hoc a uita. qui autem efficit nos in hoc ipsum, deus, qui dedit nobis arram spiritus. Item ad philippenses: Nostra autem conuersatio in caelis est, unde et saluatorem expectamus dominum iesum christum, qui reformauit corpus humilitatis nostrae conforme corpori gloriae suae. Item ad thessalonicenses: Nolumus autem uos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non tristes sitis sicut et ceteri qui spem non habent in domino. si enim credimus quia iesus mortuus est et resurrexit, ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum illo. hoc enim nobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui residui sumus, in aduentum domini non praeueniemus dormientes: quoniam ipse dominus in clamore archangeli et in tuba dei

,descendet de caelo: et mortui qui in christo resurgent primi: deinde nos qui uiuimus simul cum illis rapiemur in nubibus in obuiam christo in aere, et ita semper cum domino erimus. Item in apocalypsi: Et uidi mortuos pusillos et magnos stantes in conspectu sedis. et libri aperti sunt: et alius liber apertus est, qui est uitae, et iudicati sunt mortui secundum ea quae scripta sunt in libris, et secundum opera sua. et dedit mare mortuos qui fuerunt in ipso et mors et infernus dederunt mortuos qui fuerunt in ipsis, et iudicati sunt singuli secundum facta sua.

Xxviii. De Tribvlationibvs Et Probationibvs Ivstorvm

In psalmo XVIIII: Hii in curribus et hii in equis, nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur. ipsi obligati sunt et ceciderunt, nos uero resurreximus et erecti

sumus. Item in psalmo XXXII: Anima autem nostra patiens est in domino, quoniam adiutor et protector noster est: et in ipso laetabitur cor nostrum, et in nomine sancto eius sperauimus. fiat misericordia tua, domine, super nos, sicut sperauimus in te. Item in psalmo XXXIII: Inquisiui dominum, et exaudiuit me et ex omnibus angustiis meis eripuit me. inmittit dominus angelum in circuitum timentium eum et eripiet eos. timete dominum, sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. Item in psalmo XXXVI: Cum ceciderit iustus, non conturbabitur, quoniam dominus firmat manum eius. Item in psalmo XLI: Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi cottidie: ubi est deus tuus? haec recordatus sum, et effudi in me animam meam. Item in psalmo XLIII: In te inimicos

nostros uentilabimus, et in nomine tuo spernimus insurgentes in nos. saluasti enim nos, deus, ex adfligentibus nos, et eos qui nos oderunt confudisti. dedisti nos tamquam oues escarum, a uoce exprobrantis et obloquentis, a facie inimici et persequentis. haec omnia uenerunt super nos, et obhti non sumus te, et inique non egimus in testamento tuo, et non recessit retro cor nostrum. et declinasti semitas nostras a uia tua, et operuit nos umbra mortis. si obliti sumus nomen dei nostri, et si expandimus manus nostras ad deum alienum, nonne deus requiret ista? ipse enim nouit occulta cordis. quoniam propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oues occisionis. Item in psalmo LIIII : Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum a uoce inimici et a tribulatione peccatoris. cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me. et dixi : quis dabit mihi pennas sicut columbae, et uolabo et requiescam ? Item in psalmo LXV: Quoniam probasti nos, deus, igne nos examinasti, sicut in igne examinatur argentum. transiuimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium. Item

in psalmo CXXV: Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent. euntes ibant et flebant mittentes semina sua: uenientes autem uenient in exultatione, portantes manipulos suos. Item in prouerbiis: Sieut probatur argentum in camino et aurum, ita electa corda aput deum. Item illic: Fac, fili, quae ego mando tibi, et saluus eris. uenisti enim in manus malorum propter amicum tuum. esto infatigabilis, adtende autem amicum. tuum, quem spopondisti. ne dederis somnum oculis neque dormites palpebris tuis, ut euadas sieut dammula. ej retibus et sicut auis ex laqueo. Item in libro sapientiae: Iustorum autem animae in manu domini \' sunt, et non continget illos tormentum. nisi sunt oculis insipientium mori, et aestimata est malitia exitus eorum. et

si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum inmortalitate plena est et in paucis uexati, in multis bene disponentur. quoniam deus temptauit illos et inuenit illos dignos se esse. sicut aurum in fornace probauit illos, et quasi holocausta bostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum. fulgebunt tamquam scintillae in arundinetum discurrentes, iudicabunt nationes et dominabuntur populis, et regnabit dominus illorum in perpetuum. Item in ecclesiastico: Fili, accedens ad seruitutem domini sta in iustitia et timore, et praepara animam tuam ad temptationem. deprime cor tuum et sustine: declina

aurem tuam et excipe uerba intellectus, et ne festines in tempus obductionis. sustine sustentationem domini: coniungere domino et sustine, ut crescat in nouissimo uita tua. omne quod tibi adplicitum fuerit accipe et in dolore sustine et in humilitate tua habe patientiam: quoniam in igne probatur aurum et argentum, homines uero iusti in camino humiliationis. Item illic: Vasa figuli

probat fomax, et homines iustos temptatio tribulationis. Item in ecclesiaste : Et deus quaeret persecutionem patientem. Item in tobi: Benedictus dominus deus noster, quia ecce uideo te, fili : et benedictum nomen illius, quod est magnum: et benedicti omnes sancti angeli eius: et sit nomen illius sanctum et benedictum in omnia saecula saeculorum. quoniam ipse flagellauit me in redarguitione mea, et ipse misertus est mei, et reddidit lumen oculis meis, ut uiderem filium meum. Item in iob: Et haec audiens dominus dixit de nube ad iob: ideo magis adcingere sicut uir lumbum tuum: et ego interrogabo te, et tu responde mihi. nec putes a te alienum esse iudicium meum, et non aestimes me aliter decreuisse, nisi ut tu minus appareas iniustus. Item illic: Conscius enim mihi sum, quia non protulit lingua mea quidquam, et numquam non guttur meum intellectum meditatur.

probatio enim hominis in terra uita eius est, et actus illius sicut merces cotidiana. Item illic: Suscipe in te altitudinem et uirtutem, et claritatem et honorem induere. dimitte angelos irae, et omnem iniuriosum et superbum extingue. separa a te impios confestim et absconde eos omnes in terra et confunde facies eorum ignominia, et redde illis sua. si autem sint aput te sine honore, et tunc uidebis et confiteberis quoniam potens est dextera mea saluare te. Item illic: Dominus scit uiam meam et ipse iudicat me tamquam aurum, quod probatur igne. ut procedam in mandatis, ut custodiam iter eius. et non declinabo a praeceptis eius, nec egrediar uias eius et non mouebor, sed in sinu meo abseoD- . dam uerba illius. quod enim sustineo, scio quod sicut uoluit iudicauit. et quis est, qui contradicat illi? quod enim uoluit, hoc fecit. et propter hoc correptus festinabo ad ipsum, et sollicitus intendam in eum, quia ipse est dominus et ipse emolliuit cor meum et ipse circumdedit me. Item in libro

machabaeorum I: Et adproximaurunt dies matthatiae, dies moriendi, et dixit filiis suis: nunc consummata eet superbia et pressura et tempus euersionis et iracundiae et indignationis. nunc, fili, aemulamini legi et date animas uestras propter sponsionem paternam: et memores estote patrum uestrorum quae fecerant temporibus suis, relinquentes exemplum posteritatibus suis, et suscipite gloriam magnam et nomen sempitemale. abraham nonne in temptationibus inuentu est fidelis, et reputatum est illi ad iustitiam? ioseph in tempore angustiae custodiuit mandatum, et factus est dominus in aegypto. phinees pater noster cum zelatus fuisset . zelum, accepit sponsionem sacerdotii aeterni. iesus cum conplesset uerbum, factus est iudex super israhel. caleb dum testimonium diceret in ecclesia, accepit hereditatem. dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni aeterni. helias cum zelatus fuisset zelum legis, eleuatus est in caelum. annanias, azarias et misahel credentes liberati sunt de flamma. danihel in simplicitate sua liberatus est de ore leonum. propter quod et uos considerantes per generationes generationum, quia omnes sperantes in deum

non infirmabuntur, a uerbis uiri peccatoris nolite timere, quia gloria eius in stercore et in uermibus erit. hodie extolletur et cras non

inuenietur, quia reuertetur ad puluerem suum, et cogitatio illius periet. et fili mei, confortamini et praeualete in lege, quia ipsa glorificabit uos. Item paulus apostolus ad romanos: Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit: quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Item illic: Quis ergo nos separabit a dilectione christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an famis? an nuditas? an periculum ? an gladius? sicut scriptum est, quoniam propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oues occisionis. Item ad corinthios II: In omnibus adtribulationem passi, sed non angustiati: confusi, sed non aporiamur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deicimur, sed non perimus.

semper mortem domini nostri ieau christi in corpore nostro circumferentes, ut et uita christi ieau in corpore nostro manifestetur. sic enim nos qui uiuimus in mortem tradimur propter iesum, ut et uita iesu manifestetur in carne nostra mortali. Item secundum matthaeum: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Item illic: Beati estis, cum uos odio habuerint homines et abigent et persequentur et exprobrabunt et dicent aduersum uos omne malum. gaudete et exultate, quoniam merces uestra multa est in caelis: sic enim persecuti sunt et prophetas ante uos. Item illic: Beati qui lugunt, quoniam ipsi consolabuntur. Item illic: Cauete ab hominibus: tradent enim uos in concilio, et in synagogis suis flagellabunt uos: ante reges et praesides stabitis propter me,

in testimonium eorum et gentium. cum autem tradent uos, nolite solliciti esse quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Nec timeatis eos qui occidere corpus possunt, animam autem non possunt occidere: timete autem magis eum qui potest animam et corpus occidere et in gehennam mittere. Item illic: Qui inuenit animam suam, perdet illam: et qui perdiderit animam suam propter me, inueniet illam.

Xxviiii. Qvod Non Maneat Dominvs In His Qvi A Praeceptis Eivs Deviaverint

In genesi : Videntes autem angeli dei filias hominum quod essent formonsae, acceperunt sibi mulieres ab omnibus quas elegerunt. et tunc dixit deus: non permanebit spiritus meus in istis hominibus in aeternum propter quod sint car-

nales. Item in regnorum I: Numquid uult deus holocausta et sacrificia magis quam exaudire uocem suam ? quia dictoaudientia melior est quam sacrificium, et audientia mandatorum quam adeps arietum. quoniam peccatum inproperium est, dolor et gemitus ad te adducentur. pro quibus spreuisti uerbum domini, spernet te dominus, ne regnes in israhel. et spiritus domini recessit ab saule et coopraehendit eum spiritus malus a domino et subfocabat eum. Item in regnorum III: Et rex solomon erat diligens mulieres. et per haec factum

est ut in tempore senectutis eius non esset cor illius directum a domino. et iratus est dominus super solomonem, quoniam declinauerat cor suum a domino deo israhel. et suscitauit dominus satanan super solomonem, et erat satanas super israhel omnibus diebus solomonis. Item in paralipomenon: Dominus deus uester

uobisoum est, quamdiu uos estis cum eo: quod si dereliqueritis eam, derelinquet uos. Item in psalmo LXXX Et non obaudiuit populus uocem meam, et israhel non intendit mihi: et dimisi illos secundum desideria cordis illorum. si plebs mea audisset me, israhel si uias meas ambulasset, ad nihilum inimicos eius humiliassem et super tribulantes eos misissem manum meam. Item in sapientia solomonis: Peruersae enim cogitationes separant a deo, probata autem uirtus arguit insipientes: quoniam in maliuola anima non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. sanctus enim spiritus disciplinae effugiet dolum, et auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu, et arguetur a superueniente iniquitate. Item in esaia propheta: Quis dedit in rapinam iacob et israhel depraedantibus eum? nonne

deus, cui peccauerunt, et noluerunt ingredi uias eius ? et induxit super eos iram suam, et praeualuit in eos bellum, et non cognouerunt unusquisque eorum. neque posuerunt in animam suam. Item illic: Numquid non ualet manus domini, ut saluos faciat? aut grauauit aurem, ut non exaudiat ? sed peccata uestra inter uos et deum separant: et propter peccata uestra auertit faciem ne misereatur. manus enim uestrae sanguine coinquinatae sunt, et digiti uestri in peccatis: labia autem uestra locuta sunt iniquitatem, et lingua uestra iniustitiam meditatur. nemo loquitur iustitiam, nec est iudicium uerum: confidunt in uanis et loquuntur inania, quia parturiunt dolum et pariunt iniquitatem. Item in hieremia propheta: Et peccata uestra amouerunt bona a uobis, quoniam inuentae sunt in populo meo impietates. Item illic: Sed quoniam mritastis dominum, traditi estis aduer-

sanis: exaceruastis enim eum qui nos fecit dominum aeternum, sacrificantes daemoniis et non deo. Item apostolus ad romanos: Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadripedum et serpentium. propter quod tradidit illos deus in desideria cordis illorum in inmunditiam, ut contumeliis adficiant corpora sua inter semet ipsos, qui commutauerunt ueritatem dei in mendacio, et coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. propter quod tradidit illos deus in passiones contumeliae.

Sections 30 to 59

Xxx. Non Svperandvm Servvm Dei Detractione Malorvm

In esaia propheta: Audite me, qui nostis iudicium, populus meus, in quorum corde lex mea est: nolite metuere

obprobria hominum et detractione eorum ne superemini. nam sicut uestimentum, ita per tempus absumentur: et uelut lanam comedet eos tinea. iustitia autem mea in aeternum erit, salutare uero meum in saecula saeculorum. Item tobias: Omnes proximi mei deridebant me dicentes: quomodo non timet hic qui iam quaesitus est, ut occideretur huius rei causa, et fugit? quomodo iterum coepit sepelire mortuos? ego autem intentus in mandatis dei non timebam quid loqueretur homo. Item in machabaeorum I: A uerbis uiri peccatoris nolite timere, quia gloria eius in stercore et in uermibus erit hodie extolletur et cras non inuenietur, quia reuertetur ad puluerem suum, et cogitatio illius periet. Item in euangelio secundum matthaeum: Beati eritis, cum uos odio habuerint homines et abigent et persequentur

et exprobrabant, et dicent aduersus uos omne malum. gaudete et exultate, quoniam merces uestra multa est in caelis. sic enim persecuti sunt et prophetas, qui ante uos fuerunt.

Xxxi. Non Detrahendvm

In numeris : Et dixit dominus ad aaron et mariam; audite uerba mea si fuerit propheta domini in uobis, in uisu ei innotescam et in somno loquar ei, non sicut famulo meo mpysi, qui in tota domo mea fidelis est; os: ad os loquar ei in specie et non per aenigmata, et honorem domini uidit. et quare non tim uistis detrectare de famulo IDeO moysi ? et ira indignationis domini super uos erit. Item in psalmo XLVIIII: Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. haec fecisti,

et tacui: aestimasti iniquitatem quod ero tibi similis. arguam te et statuam illa contra faciem tuam. Item in psalmo C : Detrahentem adnenras proximum suum occulte, hunc persequebar. Item in psalmo LXX: Confundantur et deficiant detrahentes animae meae. Item in prouerbiis: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. adaperi autem oculos tuos, et iusta uidebis. Item in sapientia: Gustodite ergo uos a murmuratione, quae nihil prodeest, et

a detractione parcite linguae: quoniam responsum obscurum in uacuum non ibit, os autem, quod mentitur, occidit animam.. Item iacobus apostolus: Fratres, nolite uobis detrahere. qui enim uituperat fratrem suum et iudicat, legem uituperat et iudicat. si legem iudicas, iam non factor legis, sed iudex es. unus est enim legum dator et iudex, qui potest saluare

et perdere. tu antem quis es qui iadicaB proximum ? Item in psalmo C : Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu coalonim meoram. in matutinis interficiebam omnes peedatores terrae, ut disperdam eos de ciuitate domini, omnes. qui operantur iniquitatem.

Xxxii. De Correptione Et Disciplina

In psalmo II: Continete disciplinam, ne quando irascatur dominus, et pereatis a uia recta, cum exarserit in breui ira eius. Item in prouerbiis: Argue sapientem, et amabit te: insipientem, et adiciet odisse te. Item illic: Da sapienti occasionem, et sapientior erit: notum fac iusto, et adiciet percipere. Item illic: Qui diligit disciplinam, diligit sensum; nam qui odit arguentes se stultus est Item illic: Non diligit indisciplinatus arguentes se, cum sapientibus autem non conloquitur. Item illic: Qui repellit disci-

plinam, odit semet ipsum: nam qui seruat obiurgationem, adquirit prudentiam. Item illic: Timor domini disciplina et sapientia. Item illic: Qui excipit disciplinam, in bonis erit: nam qui custodit increpationes, sapiens fiet. Item illic: Pestifero castigato insipiens astutior fit: si autem arguas uirum prudentem, intelleget sensum. Item illic: Da in disciplina cor tuum, et aures tuas para uerbis prudentiae. Item illic: Indisciplinatis obuiat mors, moritur autem insipiens peccatis. Item illic: Si flagellaueris stultum in medio concilio contumeliam faciendo, non auferes stultitiam eius. Item illic: Melior est uir arguens quam uir dura ceruice: subito enim ardenti illi non erit sanitas. Item illic: Qui arguit hominem uias suas, gratiam habebit

magis quam qui adulatur. Item illic: Plagae et increpationes dant sapientiam: puer autem errans confundit patrem. Item in libro sapientiae: Sapientiam enim et disciplinam qui abicit, infelix est: et uacua est spes illorum, et labores eorum sine fructu, et inutilia sunt opera illorum. Item illic: Magna enim sunt iudicia tua et inenarrabilia: propter hoc indisciplinatae animae errauerunt. Item in ecclesiastico: Qui gaudet iniquitate, denotabitur: et qui odit correptionem, minuitur uita. Item illic: Corripe proximum ante quam conmineris, et da locum timori altissimi. Item illic: Quam bonum est arguere quam irasci, et confitentem in oratione non prohibere! Item illic: Viro indisciplinato

est inuentio in detrimentum. Item illic: Qoi odit correptionem, uestigium est peccatoris: et qui timent doaamua, conaertent ad cor aruum. Item in hieremia propheta: Sine causa percussi filios uestros, disciplinam non recepistis. Item illic : Haec dicit idominas;: haec gens, quae non axtdimt uocem domini neque exasperant disciplinam, dofecit fides de ore ipsorum. Item in amos propheta: Odie habuerunt arguentem in portis, et uerbum aequissimum abominati sunt. Item iob: Beatus homo, quam arguet dominus, quia correptio

omnipotentis dei salus est Item in ezechihel propheta: Domus israhel nolunt audire te, quia nolunt audire me: quia

uniuersa domus israhel conteotiosi sunt et duro corde. Item apostolus ad galata-s: Sic stulti estis? cum spiritu coeperitis, nunc carne. perficiemini? Item ad thessalonicensea I: Corripite inquietos, consolamini pusillianimes, suscipite infirmos, patientes. estote ad omnes. Item ad timotheum I: Insta oportune, inportonos argue, exhortare, increpa, in omni patientia et doctrina.

Xxxiii. De Praevaricatoribvs

InpsalmoC: Facientes praeuaricationes odiui: non adhesit mihi cor prauum. Item in prouerbiis: Sicut canis

cum conuertitur ad uomitum suum odibilis efficitur, sic stultus malitia sua conuersus in peccatis suis. Item in ecclesiastico: Initium superbiae hominis apostatare a deo: quoniam initium peccati omnis superbia. Item illic: ln duobus timuit cor meum, et in tertio iracundia mihi aduenit: uir bellator deficiens per inopiam, uir sensutus contemptus: et qui transgreditur a iustitia in peccatum, deus parat eum ad romphaeam. Item in esaia propheta: Vae fili apostatae, haec dicit dominus: fecistis consilium non per me, et pactum non per spiritum meum, adponendo peccata super peccata. Item illic: Et exibunt sancti, et uidebunt membra hominum, qui praeuaricati sunt in me: uermis enim eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et erunt in aspectu omni carni. Item in ezechiel propheta: Si

diriget, si liberabitur qui facit aduersa? ita et qui praeterit testamentum saluus erit? Item illic: Et eligam ex uobis impios uestros et desertores, quoniam ex incolatu eorum educam illos: in terram israhel non intrabunt: et cognoscetis quia ego sum dominus. Item in osee propheta: Vae illis, quoniam exierunt a me: manifesti sunt, quia peccauerunt in me, et non clamauerunt ad me cordibus suis. Item in epistula petri apostoli II: Melius enim erat illis non cognouisse uiam ueritatis quam post notionem iustitiae apostatare a diuino sibi tradito mandato. contigit illis res uulgaris: sicut canis reuertens ad uomitum suum, et ut sues lota, quae in uolutatione sua coinquinata est. Item in epistula iudae apostoli: Angelos quoque, qui non serua-

uerunt ordinem suum, se reliquerunt habitaculum auum; in iudicium magni dei uioculis eos sanctonmi angeiorum mb. tenebras reseruabii sodomam autem quoque et gomerram et quae oirea eas ciuitates, cum adulterium fecissent et carnem secutae assent, ciuis factae propositae sunt in exemplo igms aeterni poenas sustinentes. Item in numeris : Exurge, domine, et dispargantur inimici tui, et fugiant omnes qui oderunt te, ei confriagantur: et coPUerte, domine, in milia iarahel.

Xxxiiii. De Svperbia

In psalmo XXX: Et retribuet his qui abundanter faciunt superbiam. Item in psalmo LXXII: Propterea obtinuit

cos superbia eorum: prodiuit quasi ex adipe iniquitas eorum. Item in psalmo G: Non habitant in medio domus meae qui faciunt superbiam. Item in psalmo CXVIII: Superbi inique gerebant usquequaque. Item in prouerbiis: Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Item illic: Qui custodit os suum, seruat animam suam: nam qui proteruus est labiis, terrebit semet ipsum. Item illic: Domos superborum destruet dominus. Item illic: Inmundus aput dominum omnis qui exaltat cor suum. Item illic: Filius malus superbos oculos habet, palpebris autem suis

extollitur. Item illic: Temerarius et superbus pestilentia uocatur. Item illic: Noli superbire ante conspectum regis, neque in locis potentium subsistas. melius est enim tibi dici: ascende ad me, quam humiliari in conspectu potentis. Item in ecclesiastico: Odibilis coram deo et hominibus superbia. Item illic: Et quid superbit terra et cinis? Item illic: Synagogae superborum non erit sanitas : frutex enim peccati radicabitur in illis. Item illic: Initium superbiae hominis apostatare a deo: quia initium peccati omnis superbia. sedes ducum superborum detraxit dominus, et sedere fecit mites pro illis. radices gentium superbarum arefecit dominus, et plantauit humiles ex ipsis gentibus. perdidit dominus memoriam superborum, et reliquit memoriam humilium sensu.

non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. Item illic: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: et qui communicat superbo, induet superbiam. Item illic: Domus, quae nimie locuples est, adnullabitur superbia. Item in esaia propheta: Omnis autem deficiet iniquus, et peribit superbus, et disperierunt qui inique agunt in maestitia, et qui faciunt peccare homines in sermone. Item illic: Et qui superbi sunt, contumelia conterentur, et humiliabuntur, et cadent excelsi gladio. Item illic: Et contumeliam superborum humiliabo. Item illic: Cessauit superbia et diuitiae impiorum. Item in amos propheta: Quia iurauit dominus per semet ipsum, quia ego abominor omnem superbiam iacob, et regiones illius odiui. Item in amba-

cum: Iustus autem ea fide mea uiuit: sibi placeas autem, contemptor et uir superbus nihil proficiet. Item in deuteronomio: Et omnis quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem qui adetat ministrare in nomine dei sui, aut iudices qui fuerint in diebus iUis, morietar homo ille, et auferetis malum ei israhel : et omnis populus cum audierit, timebit et non faciet iniuBtitiam. Item in iob: Et quia anni dinumerati sunt superbiae, et sic sunt dispositi in aures domini: et cum uidebuntur pacrficari, eueniet illis enersio. quia qui in altis habitat, uidet iniuriam facientem, et humiliat superbos. Item tobi: Propter quod et tu, fili, dilige fratres tuos, et noli superbo corde agere cum filiabus filiarum populi tui: nec accipias quemquam ex his in snbiectione causa inopiae et necessitatis: quoniam in superbia abundat perditio et infidelitas: nec consistit fbrtiter coi gradus in tabulis figitur: quia fructus stellionatus decoloratio

et deminutio uitae esi litem in euangelio secundum matthaeum: Vos autem quaoritis in modicis extolli, et de maximis minui. Item illic: Quia quod excelsum est in hominibus, abominatio eat ante dominum.

Xxxv. De Mansvetvdine

In numeris: Et erat moyses mansuetus prae omnibus hominibus, qui sunt super terram. Item in psalmo XXlIIJ: Dulcis et mansuetus dominus: propter hoc legem statuet delinquentibus in uia, dirigat mites in iudicio, docebit mansuetos uias suas. Item in prouerbiia solomonis: Man-

suetus uir cordis medicus est: tinea autem ossibus cor intellegens. Item illic: Melior est mansuetus cum humilitate quam qui diuidit praedam cum contumeliosis. Item in ecclesiastico: Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et ab omni homine diligeris. Item illic: Esto mansuetus ad audiendum uerbum, ut intellegas: et cum sapientia loquere responsum uerum. Item illic: Fili, in mansuetudine serua animam tuam, et da illi honorem secundum dignitatem suam. Item apostolus ad ephesios: Obsecro ergo uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati estis, cum omni humilitate animi et mansuetudine, cum multa patientia, subportantes inuicem in caritate, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Item iacobus apo-

stolus: Quis prudens et sciens uestrum? monstret de bona conuersatione opera sua in mansuetudine et prudentia.

Xxxvi. De Patientia

In prouerbiis: In corde uiri boni inuenietur patientia: nam in corde insipientium non agnoscitur. Item illic: Melior est uir patiens quam fortis: nam qui retinet iram, melior est quam qui ciuitatem capit. Item illic: Qui parcit uerbum proferre durum, prudens est: patiens autem uir sapiens est. Item illic: Patiens uir copiosus in sapientia: pusillianimis autem uehementer insipiens. Item apostolus

ad th.essalonicenses I: Patientes estote ad omnes. uidete ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini in inuicem et in omnes.

Xxxvii. De Hvmilitate

In prouerbiis: Omnis opera humilis manifesta aput deum: nam impii in die malorum cadebunt. Item illic: Humilkt ualde spiritum tuum: quoniam uindicta carnis impii ignis et uermis. Item illic: Responsum humile auertit iram. Item illic: Humilitas exaltat gentes. Item in psalmo XXXIII: Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, et humiles

spiritu saluabit. Item in esaia propheta: Quia misertus est deus populo suo, et humiles populi sui consolatus est. Item illic: Et ad quem respiciam, dicit dominus, nisi ad humilem et quietum et trementem uerba mea? Item in euangelio secundum matthaeum: Quicumque autem humiliauerit se, exaltabitur, et qui se exaltauerit, humiliabitur. Item in epistula petri I: Omnes autem quietem et humilitatem animi induite: quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Item iacobus apostolus: Humiliate uos deo. et resistite diabulo, et fugiet a uobis. proximate deo, et proximabit uobis. Item illic: Humiliamini ante conspectum domini, et exaltabit uos.

Xxxviii. De Sapiente

In prouerbiis: Beatus homo qui inuenit sapientiam, et inmortalis qui inuenit prudentiam. melius est enim illam mercari quam auri et argenti thensauros. Item illic: Gloriam sapientes possidebunt, et insipientes diuident contumeliam. Item illic: Sensus bonus accedit ad eos qui nouerunt eum, uir autem prudens inueniet eum. Item illic: Ornamentum adulescentibus sapientia, gloria autem seniorum cani. Item illic: Da sapienti occasionem, et sapientior erit: notum facio iusto, et adiciet percipere. Item illic: Sapiens corde percipiet mandata. Item illic: Sapientes celabunt intellectum. I

Item illic: Vir autem sapiens quiete agit. Item illic: Vir sapiens sedes est intellectus. Item illic: Lex sapienti fons uitae. Item illic: Cor sapientium possidebit sensum. Item illic: Thensaurus desiderandus requiescit in ore sapientis. Item illic: Melior est uir sapiens quam fortis et uir prudentiam habens quam ager magnus. Item illic: Sapientes non declinant de ore domini, sed cogitant in consiliis. Item illic: Qui ambulat sapienter, saluus erit. Item in ecclesiastico: Cor sapientis intellegitur in sapientia. Item illic: Non abscondas sapientiam tuam in decore: in lingua enim cognoscitur sapientia, et sensus et scientia doctrinae

in uerbis ueritatis, et firmamentum in operibus iustitiae. Item illic: Sapientia humilis exaltabit caput illius, et in medio magnatorum considere illum faciei Item illic: Felix sapiens, qui in sapientia sua ueritatem et iustitiam meditatur, et in sensu suo cogitabit circumins-peotioaem dei! Item. illic: Homo sapiens in omnibus metuebit. Item illic: Sensati in uerbis sapienter egerunt, et intellexerunt ueritatem et iustitiam, et plorauerunt ad prouerbia et iudicia. Item illic: Homo sapiens tacebit usque in tempus: laaeigus autem et inprudens non seruabunt tempus. Item illic; Sapiens in uerbis se ipsum adfabilem facit. Item illic: Osprudentis

quaeritur in ecclesia et uerba illius cogitabunt in cordibus suis. Item illic: Homo pius in sapientia manet sicut sol: nam stultus quasi luna inmutatur. Item illic: Homo sensutus credit legi dei. Item illic: Vir peritus multos erudiuit, et animae suae suauis est. Item illic: Vir sapiens inplebitur benedictione, et uidentes illum laudabunt. Item illic: Sapiens in populo hereditabit honorem, et nomen eius erit uiuens in aeternum. Item in ecclesiaste: Cor sapientium in domo luctus, et cor insipientium in domo luxoriae. Item illic: Verba sapien-

tium in requiem audientium. Item iob; Quoniam sapientia est timere dominum: abstinere autem se

a malis scientia est. Item tobi: Adtende autem tibi, fili, in omnibus operibus tuis, et esto sapiens in uniuersis sermonibus tuis: et quod nolueris tibi fieri, alio ne feceris. Item in prouerbiis: Sapiens timendo declinat a malo, stultus uero sibi confidens miscetur iniquo.

Xxxviiii. De Conversatione Ivvenvm

In psalmo CXVIII: In quo corrigit iuuenior uiam suam? in custodiendo sermones tuos. Item in prouerbiis solomonis: Scire sapientiam et disciplinam, et intellegere sermones prudentiae, ac percipere uersutias sermonum, atque intellegere iustitiam ueram, et iudicium dirigere iustum: ut det innocentibus astutiam, puero autem iuniori sensum et peritiam: his enim auditis sapiens sapientior erit. Item

illic: Fili, non te conpraehendat mala cogitatio, quae dereliquit doctrinam adulescentiae, et testamentum diuinum oblita est. posuit enim aput mortem domum suam, et aput infernum cum terrigenis sunt cursus eius. omnes qui uadunt per illam, non reuertentur, sed in paenitentiam uenient Item illic: Fili, ne deficias: serua autem meum consilium et cogitationem: ut uiuat anima tua semper et gratia sit circa tuam ceruicem. tunc sanitas erit carnibus tuis et diligentia ossibus tuis. Item illic: Vias impiorum noli ingredi, neque aemuleris uias iniquorum: in quocumque loco castra constituerint, non eas illuc: diuerte autem ab eis et declina. Item illic: Omni custodia serua cor tuum: ex his enim exitus sunt uitae. aufers a te prauum os, et iniqua labia longe expelle a te. oculi tui recta uideant, palpebrae autem tuae adnuntient iusta. recta itinera fac tuis pedibus, et uias tuas dirige: nec

declines in dextram uel in sinistram, auerte autem pedem tuum a uia mala. Item illic: Ornamentum adulescentibus sapientia, gloria autem seniorum cani. Item in ecclesiastico: Fili, a iuuentute tua excipe doctrinam, et usque ad oaoos inuenies sapientiam. quasi is qui arat et seminat accede ad illam, et suatiae bonos fructus illius. in opere enim illius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius. quam aspera est nimium indoctis: et non permanebit in illa excors. Item illic: Cum sancto adsiduus esto, quemcumque cognoueris conseruantem timorem damiBi. Item illic: In multitudine presbiterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde coniungere: et omBem narrationem dei uelis audire, et prouerbia laudis non effugiant te. uidens sensutum euigila ad illum, et gradus ostiorum illius exprimat pes tuus. cogitatum habe in praeceptis dei, et in mandatis eius adsiduus esto: et ipse cor dabit tibi, et concupiscentia sapientiae dabi-

tor tibi. Item illic: Fili, in uita tua tempta animam tuam: et si fuerit nequa, non des -ei potestatem. non enim omni animae omne genus placet. Item illic: Adulescens, loquere in tua causa uix interrogatus. habeat caput responsum tuum. in multis esto quasi inscius simul et quaerens. in medio magnatorum ne praesumas, et ubi sunt senes non multum loquaris. ante grandinem praecedit coruscatio, et ante hominem uerecundum praecedit gratia. et si hora est surgendi, non trices. praecurre autem prior in domum tuam: illic

auocare, illic lude et age conceptiones tuas, et non in delictis aut uerbo superbo, sed in benedicendo eum qui te benedixit, qui te repleuit bonis suis et satiat te bonis suis. Item in ecclesiaste: Laetare, adulescens, in iuuentute tua, etbene disponat cor tuum in diebus adulescentiae tuae: et ambula in uia cordis tui sine macula et non in auda-eia in aspectu

oculorum tuorum. et scito, quod super haec omnia adducet te deus in iudicium. repelle iram a corde tuo, et remoue nequitiam a carne tua, quia adulescentia et stultitia uanitas est. et memor esto eius qui te creauit in diebus adulescentiae tuae. Item in hieremia propheta: Sors mea dominus, dixi: ideo sustinebo ipsum. bonus est dominus sustinentibus eum. anima, quae quaesierit eum, bonum est sustinere et sperare in salutare dei. bonum est uiro cum portauerit iugum graue in iuuentute sua: sedebit singulariter et silebit, quia tulit super se iugum graue. dabit in fossa os suum: si tamen est spes patienti. dabit percutienti maxillam suam, et satiabitur in obprobriis: quia non repellet me in aeternum dominus. quia cum humiliauerit, miserebitur secundum multitudinem misericordiae suae. Item tobi: Tu autem in omnibus diebus uitae tuae, fili, time deum tuum, et ne uelis peccare uel praeterire praecepta eius: quoniam misericordia et ira ab ipso est. diligens autem iustitiam in omnibus diebus uitae tuae bene facito coram ipso, et noli ambulare in uiis iniqui-

tatis. Item illic: Et nunc, filioli, hoc est quod mando uobis, ut in quo instituo uos seruiatis deo et faciatis coram illo quod placet illi. sed et uos mandate filiis nestris ut operentur institiam et facientes elemosynam memores sint dei in omnibus uiis suis et benedicant nomen illius in omni tempore in ueritate et in tota uirtute sua. Item apostolus ad timotheum: Iuuenalia autem desideria fuge: sectare uero iustitiam, fidem, caritatem, pacem cum his qui inuocant deum de corde puro.

Xl. Non Perivrandvm

In leuitico: Non iurabitis nomine meo iniuste, et non profanabitis nomen sanctum: ego sum dominus uester. Item in psalmo XlIII: Qui iurat proximo suo et non decipit

eum. Item in psalmo XXIII: Qui non accepit in uano animam suam; nec iurauit proximo suo in dolo, bie accipiet benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari suo, Item in libro sapientiae: Aut enim dum laetantur, insani fiunt, aut uaticinantur falsa, aut uiuunt iniuste, aut periurant cito. dum enim confidunt in idola, quae sunt sine anima, male iurantes laedi se non sperant, et iniuste iurauerunt, ficte contemnentes iustitiam. Item in zacharia propheta: Et iuramentum falsum nolite diligere, quia haec omnia odiui, dicit dominus omnipotens.

Xli. Non Ivrandvm

In ecclesiastico: Iurationi non adsuescas os tuum: multi enim casus in illa. et nominibus non admiscearis, quo-

Diam non eris inmunis ab eis. sicut enim seruus interrogatu» adsidue a liuore non minuetur, sic omnis iurans et nominans in toto a peccato non purgabitur. uir multum iurans inplebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga: et ei uane iurauerit, non iustificabitur. Item illic: Loquella multum iurantis horripilationem statuet. Item secundum matthaeum: Audistis quia dictum est: non periurabis, sed reddes domino iuramenta tua. ego autem dico uobis, ne omnino iuretis, neque per caelum, quia sedes dei est, neque per terram, quia scabillum est pedum eius, neque per hierusolymam, quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes ullum capillum album facere aut nigrum. sit autem sermo uester: est est, non non: quod autem amplius est, a malo est.

Xlii. Non Dicendvm Falsvm Testimonivm

In exodo: Non dices falsum testimonium aduersus proximum tuum. non consenties cum iniusto fieri testis iniustus. Item in psalmo XXXIIU: Exurgentes testes iniqui quae ignorabam interrogabant me, retribuebant mihi mala pro bonis. Item in prouerbiis: Accendit falsa testis iniustus et inmittit iudicia inter fratres. Item illic: Testis autem uelox linguam habet iniquam. Item illic: Eripiet de malis animam testis fidelis, incendit autem falsa dolosus. Item illic: Vir mutabilis lingua incidet in mala. Item illic:

Testis falsus non erit inpunitus: qui autem accusat iniuste, non euadet. Item illic: Testis mendax peribit, uir autem oboediens caute loquetur. Item illic: Noli esse testis mendax in ciuem tuum, neque dilateris labiis tuis. Item illic: Claua et gladius et sagitta perniciosa sunt: sic et uir, qui aduersus amicum suum testimonium falsum dicit. Item illic: Lingua mendax odit ueritatem, os autem incontinens facit seditiones.

Xliii. Non Mentiendvm

In exodo: Non facietis furtum, et non mentiemini, nec calumniam faciet quisquam proximo suo. Item in libro sapientiae: Os autem, quod mentitur, occidit animam. Item in ecclesiastico: Noli narrare mendacium aduersus fratrem

tuum, neque in amico similiter facias. Item illic: Noli uelle mentiri omne mendacium : adsiduitas enim illius non bona. Item illic: Superuacuitas nequa homini mendacium: in ore indisciplinatorum adsidue erit. Item in hieremia propheta: Mendacium et non fides inualuit super terram, quia a malis mala exierunt, et me non cognouerunt. Item illic: Melior est pauper ambulans in ueritate quam diues mendax. Item paulus apostolus ad ephesios: Deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra. Item ad colossenses: Nolite mentiri inuicem, spoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis. Item iohannes apostolus: Omne mendacium non est de ueritate.

Xliiii. De Interdictv Idolatriae

In exodo: Descendit autem moyses ad populum, et dixit illis: locutus est dominus omnia haec uerba, dicens: ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de aegypto, de domo seruitutis. non erunt tibi dii alii praeter me: non facies tibi idolum, nec cuiusquam similitudinem, quaecumque in caelo sunt sursum aut quaecumque in terra deorsum: non adorabitis eos, neque seruietis illis: ego sum dominus deus uester. Item illic: Et dixit dominus ad moysen: haec dices domui iacob, et testaberis filiis israhel, dicens: uos uidistis quoniam de caelo locutus sum ad uos: non facietis uobis deos argenteos neque deos aureos, nec facietis uobis ipsis idolum. Item illic: Sacrificans diis eradicabitur nisi domino soli. Item illic: Et nomina deorum alienorum non recordabitis,

nec audiantur de ore uestro. Item illic: Non adorabitis deos eorum, neque seruietis illis. non facies secundum opera illorum, sed depones et exterminabis et confringes simulacra eorum, et seruietis domino deo uestro. et benedicam panem tuum et aquam tuam, et auertam infirmitatem a uobis. Item illic: Adtende tibi, ne casu disponas testamentum his qui sedent super terram, in quam intraturus es, ne sit offensio eorum in uobis. aras illorum destruetis, et titulos illorum conminuetis, et lucos eorum excidetis. non enim adorabitis deo alio: ego enim sum dominus deus tuus: zelo nomen, deus zelans est. ne casu disponas testamentum his qui sedent super terram, et forniceris post deos eorum, et inuitent te et manduces de sacrificiis eorum: et sumatis ex filiabus illorum filiis uestris, et filias uestras detis filiis illorum: et fomicentur filiae tuae post deos eorum. et deos fusiles non facietis uobis. Item in leuitico: Non seruietis

idolis, et deos fusiles non facietis uobis: ego sum dominus deus uester. Item illic: Nolite manducare in montibus: non auspicabitis, non augurabitis. Item illic: Non sequemini uentriloquos et incantatoribus non adherebitis, ut coinquinemini in eis: ego sum dominus deus uester. Item illic: Et anima, quae secuta fuerit uentriloquos aut incantatores, ita ut fornicentur sectando eos, et constituam uultum meum super animam illam et perdam illam ex populo suo. et eritis sancti, quia sanctus sum ego dominus deus uester. Item illic: Non facietis uobis idola manu facta, neque sculptilia, neque stantes lapides constituetis uobis, neque lapidem sculptum perspicuum ponetis in terra uestra, ut adoretis ea: ego sum dominus deus uester. Item in numeris: Et auferetis speculas eorum, et omnia simulacra eorum conflatilia perdetis, et omnes lapides statutos eorum auferetis. Item in deute-

ronomio: Videte, ne faciatis iniquitatem, neque faciatis uobis ipsis sculptile simulacrum masculi neque feminae, aut simulacrum omnis pecoris, quae sunt super terram, aut similitudinem auium uolantium sub caelo, aut similitudinem serpentium super terram, aut simulacrum piscium, quae sunt in aquis sub terra. et ne respicientes in caelum et uidentes solem et lunam aut stellas et omnia ornamenta caeli exerretis et adoretis ea, et seruiatis illis quae disposuit deus omnibus gentibus, quae sunt sub caelo. uos autem adsumpsit deus et eiecit de fornace ferrea ex aegypto, ut essetis populus in sortem in hunc diem. Item illic: Adtendite uobis, ne obliuiscamini testamentum domini dei uestri, quod disposuit ad uos, et faciatis uobis ipsis sculptile simulacrum omnium quae praedixit uobis dominus deus uester: quia dominus deus uester ignis concremans est et zelans. Item illic: Aras eorum deponetis,

et titulos eorum conminuetis, et lucos eorum excidetis, et sculptilia eorum cremabitis igni: quia plebs sancta es domino deo tuo, et te sibi elegit dominus deus tuus, ut esses ei populus aeternus super omnes gentes, quae

sunt super faciem terrae. Item illic: Sculptilia deorum illorum cremabis igni. non concupisces argentum uel aurum et illis, et non accipies tibi ipsi, ne delinquas propter illud: quia abominatio est domino deo tuo. nec inferes spurcitiam in domo tua. eris anathema, sicut et illud est. odio odietis, et abominatione abominabitis illa, quia anathema est. Item illic: Et erit, si oblitus fueris dominum deum tuum et abieris post deos alienos, et seruieritis illis et adoraueritis eos, ecce testor uobis hodie caelum et terram quia perditione peribitis: sicut et ceterae gentes, quas dominus deus perditurus est a facie uestra, sic perietis, si non audieritis uocem domini dei uestri. Item illic: Si fili estis dei, non timebitis, et non uaticinamini. Item illic: Maledictus homo

qui fecerit gculptilem aut conflatilem abominationem deo et opus manuum artificum, et posuerit illud in absconso. et respondens dicit omnis populus: fiat, fiat. Item illic: Sacrificauerunt daemoniis et non deo, deos quos non nouerant. noui uenerunt, quos nescierunt patres eorum. Item illic: Videte, uidete quoniam ego sum, et non est deus praeter me. ego occidam et uiuere faciam, percutiam et ego sanabo, et non est qui eripiat de manibus meis. Item in libro hiesu naue: Et ideo inualescite uehementer custodire et facere omnia quae scripta sunt in libro legis moysi, uti ne egrediamini dextera uel sinistra. et ne intrantes ad gentes istas, communicetis eis. et nomina deorum illorum nec nominentur in uobis, neque deseruiatis illis, aut adoretis illos, sed adherebitis domino deo uestro, sicut fecistis usque in hunc diem. : et ipse dominus exterminauit illos a facie uestra. Item illic: Et dixit hiesus ad populum: si seruieritis diis alienis, non poteritis seruire domino, quia Dominus sanctus est: et

cum zelauerit uos, non sustinebitis patienter peccata uestra: sed in qua die reliqueritis dominum, superueniens ira uexabit uos et exterminabit uos. quare diis alienis seruiatis, cum ille in omnibus bene fecerit uobis? et respondit populus ad hiesum dicens: non adorabimus diis alienis, sed seruiemus deo nostro. et dixit hiesus ad populum: testes ergo estis uos ipsi, quia uos elegistis seruire domino. et nunc auferte deos alienigenarum qui sunt in uobis, et dirigite cor uestrum ad dominum deum israhel. et respondit omnis populus ad hiesum, dicens: domino seruiemus, et uocem eius audiemus. Item in regnorum 1: Et locutus est samuhel ad omnem domum israhel, dicens: si in toto corde uestro uos conuertitis ad dominum, auferte deos alienos de medio uestrum, et excidite lucos eorum, et praeparate corda uestra ad dominum, et ipsi seruite soli, et liberabit uos de manu alienigenarum. et his auditis abstulerunt fili israhel bahalim, et auerterunt lucos astaroth, et seruierunt domino soli. Item inpsalmo LXXX: Audi, populus meus, et loquar, israhel, et testificabor tibi.

israhel, si me audieris, non erit in te deus recens, nec adorabis deo alieno: ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra aegypti. Item in psalmo XCV: Quoniam omnes dii gentium daemonia, dominus uero caelos fecit. Item in psalmoXCVI: Confundantur omnes qui adorant sculptilibus, qui gloriantur in simulacris suis. Item in psalmo CXIII: Simulacra

gentium argentum et aurum, opera manuum hominum: os habent, et non loquentur: oculos habent, et non uidebunt: aures habent, et non audient: nares habent; et non odorabunt: manus habent, et non palpabunt: pedes habent, et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo, neque enim est spiritus in ore ipsorum. similes illis fiant omnes qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis! Item in libro sapientiae: Neque operibus adtendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut nimiam aquam aut solem aut lunam rectores orbis terrae deos putauerunt: quorum si

propter speciem hoc aestimauerunt, sciant quanto his dominus speciosior est: speciei enim generator haec omnia constituit. Item illic: Infelices autem sunt et inter mortuos spes illorum hominum est, qui appellauerunt deos opera manuum suarum, aurum et argentum et artis inuentionem et similitudinem animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiquae. Item illic: Non erubescet loqui cum eo qui sine anima est: et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, pro uita autem mortuum rogat, et pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: et de adquirendo et de operando et de omnium rerum. euentu petit ab eo qui in omnibus inhabilis est. Item illic: Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum, et adinuentio illorum corruptio uitae est. Item in esaia propheta: Et abominabis simulacra inargentata et inaurata: minutata facies, et uentilabis tamquam aquam mulieris inmundae, et ut stercus auferes ea. tunc erit pluuia semini terrae tuae, et panis generationis terrae

tuae, et erit in saturitate et pinguedine. Item illic: Adproprient et adnuntient nobis quae uentura sunt, aut priora quae fuerunt dicite, et intendemus mente, et cognoscemus quae erunt nouissima et quae uentura sunt in nouissimo, et sciemus quoniam dii estis. benefacite uel nocete, et mirabimur, et uidebimus. etenim unde estis uos, et unde fabricatio uestra? de terra abominationis elegerunt uos. nam ex gentibus ecce nemo est, nec a simulacris eorum qui nuntient. et si interrogauero: unde estis? non respondebunt mihi: sunt enim qui uos faciunt, et qui uane seducunt uos. Item illic: Erubescite rubore qui confidentes in sculptilibus, qui dicitis conflatilibus: uos estis dii nostri. surdi, audite, et caeci, respicite, ut uideatis. et qui caeci, nisi pueri mei? et qui surdi, nisi qui dominantur eorum? et excaecati sunt serui dei. Item illic: Nonne ab initio audistis, et nuntiaui uobis?

testes uos estis, si est deus praeter me. et tunc non erant qui fingerent et sculperent deum. omnes uani, qui faciunt ea quae placent animis suis, quae non prodeerunt eis: sed erubescent uniuersi qui fingunt deum et sculpunt inutilia. et omnes unde facti sunt aruerunt: sunt enim surdi ab hominibus. Scitote quoniam cinis est cor eorum et errant, et nemo potest eripere animam eorum. uidete ergo, non dicetis quia mendacium est in dextera mea. memor esto horum, iacob et israhel, quia puer meus es tu: et israhel, ne obliuiscaris mei. ecce enim deleui ut niuem iniquitates tuas et ut caliginem peccata tua. Item illic: Memores estote horum et ingemiscite: paenitentiam habete, qui erratis: conuertimini ex corde, et rememoramini priorum ab aevo, quod ego sum dominus et non eat praeter me. Item illic: Populus iste qui me inritat contra me semper: isti sacrificant in hortis et incen-

dunt super lateres daemoniis quae nihil sunt, et in monumentis et in speluncis dormiunt propter somnia, qui

eduut carnes suillas. Item in hieremia propheta: Haec dicit dominus: secundum uias gentium nolite ambulare, et a signis caeli nolite timere, timentes a conspectu facies eorum: quia legitima gentium uana sunt: lignum de silua excisum. opus fabri et conflatum, argento et auro exornata sunt, et malleis et clauis confirmant ea: et non mouebuntur, quia fixa sunt. Item illic: Numquid est in idolis gentium qui pluat? et si caelum dabit satietatem suam, nonne tu es ipse? et sustinebimus te, domine. quia tu fecisti haec omnia. Item illic: Domine, fortitudo mea et adiutorium meum, et refogium meum in die malorum. ad te gentes uenient ab extremo terrae et dicent: quam falsa possiderunt patres nostri idola! nec est in illis utilitas, si faciet sibi homo deos, et ipsi non sunt dii. Item in osee propheta: Ego autem dominus deus tuus, qui firmo caelum et creo terram, cuius manus creauerunt omnem militiam caeli, et non ostendi tibi

ut ires post illa. Item in ezechiel propheta: Argentum eorum proicietur in plateis, et aurum eorum disperdetur: animae eorum non fruentur, et uentres eorum non inplebuntur. quoniam tormentum iniquitatium eorum factum est. electa mundi in superbiam posuerunt, et imagines abominationum suarum fecerunt ex eis. Item in danihelo: Et responderunt sedrac, misac et abdenago nabucodonosor: non habemus causam de hoc sermone respondere tibi: est enim deus in caelo, cui nos seruimus, potens ad liberandos nos de camino ignis ardentis et de manibus tuis eripere et saluos facere. scire itaque debes, rex, quia diis tuis non seruimus et imaginem, quam statuisti, non adoramus. Item paulus apostolus ad corinthios I: De escis ergo sacrificatorum scimus quia nihil est idolum et quia nemo deus nisi unus. Item illic:

Quid ergo dico? quod idolis immolatum sit aliquid ? non quod idolum sit aliquid. sed quae sacrificant daemoniis sacrificant. nolo autem uos socios fieri daemoniorum. non potestis calicem domini bibere et calicem daemoniorum. non potestis mensae domini participare et mensae daemoniorum. Item ad galatas: Tunc quidem ignorantes deum, his qui non sunt dii seruistis: nunc autem cum cognoueritis deum, immo cogniti estis a deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus iterum seruire uultis? dies obseruatis et menses et tempora et annos. timeo ne forte sine causa laborauerim in uos. estote sicut ego, quia et ego sicut uos. Item iohannes apostolus: Filioli, custodite uos a simulacris. Item in actibus apostolorum: Cum igitur simus genus dei, non debemus aestimare auro uel argento uel lapidi, sculpturae artis et concupiscentiae hominis, diuinum esse simile. Item in apocalypsi: Si quis adorat bestiam et imaginem eius, et accipit character in fronte sua aut in manu sua dextra, et hic bibet de indignatione dei, quae mixta est mera in calice irae eius, et cruciabitur in

I cap. XI: Quid ergo dico quod idolis immolatum sit usque calicem daemoniorum. Ad galatas cap. V: Sed tunc quidem ignorantes deum his qui natura non sunt di seruistis usque estote sicut ego, quia et ego sicut uos. In epistula iohannis I cap. XX: Filioli, custodite uos a simulacris. In actibus apostolorum cap. XLVIII: Genus ergo quum simus dei, non debemus

aestimari auro uel argento usque diuinum esse simile. In apocalypsi cap. XXXIII: Si quis adorauerit bestiam et imaginem

igne et sulfore in conspectu angelorum et agni. et fumus et cruciatus eorum in saecula saeculorum ascendit, et non habent requiem die ac nocte, qui adorant bestiam et imaginem eius, et qui accepit character nominis illius.

Xlv. Non Fornicandvm

In exodo: Non fornicaberis. non concupisces uxorem proximi tui. Item in leuitico: Homo quicumque moechatus fuerit uxorem proximi sui, morte moriatur qui moechatus fuerit et quae moechata fuerit. Quicumque dormierit cum cognata sua, turpitudinem cognationis suae retexit: sine filiis morientur. quicumque acceperit uxorem fratris sui, inmunditia est, turpitudinem fratris tui detexit: sine filiis morientur. Item in deuteronomio: Non moechaberis. Item illic: Non erit fornicarius a filiis israhel, et non erit fornicaria a filiabus israhel. Item in prouerbiis solomonis: Mulier autem uirorum pretiosas animas capit. alligabit quis in sinu ignem, uestimenta autem non conburet? aut ambulabit supra carbones ignis, pedes uero non conburet? sic qui

eius et acceperit caracter in fronte sua usque si quia accepit** (it tn ras.> caracterem nominis eius.

XLV. NON FORNICANDVM. In exodo cap. XI: Non moechaberis usque nec desiderabis uxorem eius. In leuitico cap. XII: Si moechatus quis fuerit cum uxore alterius usque quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. In deuteronomio cap. IIII: Non moechaberis. Item in deuteronomio cap. xm: Non erit meretrix de filiabus israhel neque scortator de filiis israhel. In psalmo LXXII: Quia ecce qui elongant se a te peribunt usque in portis filiae sion. In prouerbiis cap. VII: Mulier autem uiri pretiosam animam capit usque sic qui

intrat ad uxorem proximi sui non erit inpunitus, neque omnis qui tangit eam. Item illic: Adulter autem propter inopiam sensus interitum animae suae adquirit, dolores et turpitudines sufferet, obprobrium autem eius non delebitur. Item illic: Abominatio est domino cogitatio iniqua, sanctorum autem sermones pudici sunt Item illic: Viri amantis sapientiam laetatur pater: qui autem pascit meretrices, perdit diuitias. Item in ecclesiastico: Non des fornicariis animam tuam in nullo, ne perdas te et hereditatem tuam. Item in iob: Vel si oculum meum subsecutum est cor meum, uel si palpaui munus manibus meis, dispargar et non congreger. aut si secutus est sensus meus uxorem alterius uiri, uel si frequentaui in concupiscentia ianuas eius, auferatur uxor mea, et detur alii. Item in ecclesiastico: Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguunt sensatos. et qui se iungit fornicariis, erit nequam: putredo et uermes hereditabunt illum. Item in hieremia propheta: Equi insanientes in feminas facti sunt! unusquisque in uxorem proximi

ingreditur ad mulierem proximi sui: non erit mundus, quum tetigerit eam. Item cap. VII: Qui autem adulter est propter cordis inopiam usque et obprobrium illius non delebitur. Item

cap. XXVIIII: Vir, qui amat sapientiam, laetificat patrem suum, qui autem nutrit scorta, perdit substantiam suam. In ecclesiastico cap. VII: Non des fornicariis animam tuam in nullo ne perdas te et hereditatem tuam. In oseecap. : Principes omnes adulterantes quasi clibanus succensus a quoquente. In iob cap. : Et si sequutus est oculus meus cor meum et in manibus meis adhesit macula usque scortum sit alterius uxor mea et super illam incuruentur alii. Item in ecclesiastico cap. XI: Vinum et mulieres apostatare (ta alt. s. l.) faciunt sapientes usque et putredo et uermes hereditabunt illum. In hieremia cap. : Saturaui <aui in ros.) eos et moechati sunt et in domo meretricis

sui hinniebat. numquid in his non uisitabo, dicit dominus, aut in natione tali non uindicabit anima mea? Item tobi ad filium: Adtende autem tibi ab omni fornicatione. Item in psalmo LXXII: Quia ecce qui elongant se a te perisbunt. perdidisti omnes qui fornicantur abs te. mihi autem adherere deo bonum est, ponere in deo spem meam, ut enarrem omnia promissa tua in portis filiae sion. Item in osee propheta: Principes adulteria committentes omnes sicut clibanus ardens ad coquendum, conbustio flammae. ltem in euangelio secundum matthaeum: Audistis quia dictum est: non moechaberis. ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam iam moechatus est in corde suo. Item illic: Omnis qui dimittit uxorem suam et aliam ducit, moechatur: et qui dimissam a uiro ducit, moechatur. Item paulus apostolus ad corinthios I: Nescitis quia corpora uestra membra

christi sunt? tollens ergo membra christi faciam membra meretricis ? absit. nescitis quia qui iungit se meretrici unum corpus est? erunt enim duo in carne una. qui autem iungit se domino unus spiritus est. fugite fornicationem. omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. aut nescitis quoniam membra uestra templum est spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis a deo, et non estis uestri? empti enim estis pretio. glorificate et tollite dominum in corpore uestro.

Xlvi. De Neglegentia Sacerdotvm

In hieremia propheta: Et sacerdotes non dixerunt: ubi est deus? et cultores legis meae nescierunt me, et pastores impie egerunt in me. Item illic: Horribilia facta sunt super terram: prophetae prophetant inique, et sacerdotes plauserunt manibus suis, et populus meus dilexerunt eos.

quid facietis in futurum? Item illic: A sacerdote usque ad pseudoprophetam omnes fecerunt mendacium, dicentes: pax, pax. et ubi est pax? Item illic: Quomodo dicitis: sapientes sumus nos, et lex domini nobiscum? in uanum facta est metatura uestra. scribae confusi sunt, sapientes territi sunt, quia uerbum domini reprobauerunt: sapientia quae est in illis? Item illic: Tabernaculum tuum miserum factum est, periit, et omnes pelles eius disruptae sunt: quia pastores insipienter gesserunt, et dominum non inquisiuerunt: ideo non intellexerunt. Item illic: Propterea haec dicit dominus ia pastores, qui regunt populum meum: uos dispersistis oues meas, et expulistis eas, et non uisitastis eas. ecce ego uindico

in uos secundum mala studia uestra. et suscitabo illis pastores, qui pascant eas: et ultra non timebunt neque

terrebuntur, dicit dominus. Item in osee propheta: Absconderunt sacerdotes uiam domini et ignis comedit indices eorum, et non fuit in eis qui inuocaret me. Item in michaea propheta: Et sacerdotes cum muneribus respondebant, et in dominum requiescebant dicentes: nonne dominus. est in nobis? Item in hieremia propheta:s o mali pastores ! conrupistis oues meas, docentes eas secundum uoluntates uestras, et quae uera sunt non docuistis eas. Item in sophonia propheta: Sacerdotes eius contaminant sancta et reprobant legem. Item in malachiel propheta: Vos sacerdotes, qui fallitis nomen meum, et dixistis: in qua re fefellimus nomen tuum ? offerentes ad altarium meum panes pollutos. non est mihi uoluntas, dicit dominus

omnipotens, et sacrificium non accipiam de manibus uestris. Item in ezechiel propheta: Et ideo, pastores, audite uerbum domini: ecce lac deuoratis, et lanis eorum cooperitis uos, et quod crassum est iugulastis, et oues meas disper* sistis: quod infirmum erat non confortastis, et quod male habebat non curastis, et contritum non alligastis, et quod errabat non conuertistis, et quod periebat non requisistis, et fortem oppressistis labore. et dispersae sunt oues meae, eo quod non sint pastores, et factae sunt in deuorationem omnibus bestiis agri. et dispersae sunt oues meae super omnem montem et in omnem collem altum, et super faciem totius terrae dispersae sunt, nec erat qui requireret neque qui reuocaret. Item in malachiel propheta: Qui inritastis dominum in uerbis uestris, et dixistis: in quo inritauimus eum? in eo quod dicatis: omnis qui facit malum bonum est coram domino, et ipsi in eis placuit. et ubi est deus

iustitiae? Item in osee propheta: Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnes qui manducant ea contaminabuntur. Item in numeris: Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum, et nolite tangere ab omnibus quae sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorum.

Xlvii. De Sanctificatione Sacerdotvm Vel Ministrantivm Deo Et Omni Ordinatione Ecclesiasticae Disciplinae

In exodo: Et sacerdotes, qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne forte derelinquat eos dominus. Item illic: Et facies illis bracas lineas, ut tegant inuerecundiam

corporis, a lumbis usque ad genicula. Item illic: Omnis qui tetigerit altare sanctificetur. Item in leuitico: Sancti erunt domino suo, et non coinquinabunt nomen domini dei sui, et dona ipsi offerent, et erunt sancti. mulierem meretricem et coinquinatam non accipient, mulierem eiectam a uiro non accipient, quia sancti sunt domino deo suo. et sanctificabis eos. dona enim domini dei uestri hi offerunt: sancti erunt, quia sanctus sum ego dominus qui sanctifico eos. Item illic: Et locutus est dominus ad aaron, dicens: uinum et sicera non bibetis, tu et filii tui tecum, quando introibitis in tabernabulo testimonii, uel cum accedetis ad altare, ne moriamini. estote sancti, quia sanctus sum ego dominus deus uester. Item

in paralipomenon I: Et uocauit dauid sadoc et abiathar sacerdotes, et leuitas arihel, asea, iohel, aminadab. et dixit illis: uos principes familiarum

leuitarum, purificamini uos et fratres uestri, et reportate arcam domini dei israhel ubi paraui ei. et purificati sunt sacerdotes et leuitae, ut portarent aream domini israheL Item paulus apostolus ad titum: Huius rei gratia reliqui te cretae, ut quae deerant corrigas et constituas per ciuitates presbiterium, sicut ego tibi disposui. si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione Iuxoriae, aut non subditos. oportet enim episcopum sine crimine esse, tamquam dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non uinolentum, non turpis lucri adpetitorem: sed hospitalem, benignum, prudentem, iustum, sanctum, continentem, obtinentem secundum doctrinam fidele uerbum, ut potens sit exhortari in doctrina sana et contradicentes reuincere. sunt enim multi etiam non oboedientes, uaniloqui et seductores. Item adtimotheum I: Humanus sermo: si quis episcopatum cupit, bonum opus desiderat. oportet enim episcopum inreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentem, ordinatum, hospitalem, docibilem, non uinolentum,

non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, domum suam bene regentem, filios habentem subditos cum omni castitate — si quis autem suae domui praeesse nescit, quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit? —, non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. oportet autem eum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in obprobrium incidat et laqueum diaboli. diaconos similiter castos et pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpis lucri adpetitores, non cupidos, habentes sacramentum fidei in conscientia pura. et hi quoque probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes. Item illic: Diacones sint unius uxoris uiri, qui filiis bene praesunt et suis domesticis. qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi adquirunt, et multam fiduciam in fide quae est in christo iesu. Item petrus apostolus in epistula I: Seniores autem qui in uobis sunt obsecro ego testis iesu christi passionum, similiter maior natu et futurae declarationis laudis socius, ut regatis plebem domini, curae

habentes non in auaritia neque in dominatione fratrum, sed uoluntarie ex animo libenter. et sine reprehensione, ut forma sitis ouibus, in operibus bonis, in omni conuersatione quae secundum deum est: ut cum apparuerit princeps pastorum, rationem reddatis de ouibus, et percipiatis illam floridam et inmarcescibilem gloriae coronam. similiter et iuniores subiecti estote senioribus. omnes autem quietem et humilitatem animi induite: quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. humiliate ergo uos sub potente dextera dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis suae: omnem sollicitudinem uestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de omnibus. Item in euangelio secundum matthaeum: Quisnam est fidelis seruus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibaria in tempore? beatus seruus ille, quem ueniens dominus eius inueniat sic facientem. amen dico uobis, quia super omnia quae possidet constituet illum. quod si dixerit malus ille seruus: tardat dominus meus uenire, et coeperit percutere conseruos suos, sedens et

bibens cum luxoriosis, ueniet autem dominus serui illius in die qua non sperat et hora qua non sentiet, et diuidet eum partemque eius cum infidelibus ponet: illic erit fletus et

stridor dentium. Item paulus apostolus ad colossenses: Dicite archippo: uide ministerium quod accepisti, ut illud inpleas. Item in leuitico: Ab ostio tabernaculi testimonii non exies septem diebus, donec inpleatur dies consummationis uestrae. Item illic: Ad ostium tabernaculi testimonii sedebitis septem diebus die et nocte. custodite obseruationes domini, ne moriamini.

Xlviii. De Sanctificatione Popvli

In exodo: Descendit autem moyses de monte ad populum, et dixit illis, et sanctificauit eos: et lauerunt uestimenta sua. et dixit ad eos: estote parati tribus diebus, et ne accesseritis ad mulierem. Item in deuteronomio: Ecce ostendi uobis iudicia et iustitias, sicut mandauit mihi dominus, facere sic in terra, in qua uos introibitis ibi possidere eam. et seruate et facite, quia haec est prudentia uestra et intellectus coram

omnibus gentibus, quaecumque audiermtiastitias istas, et dicent: ecce populus prudens et sciens quae gens tam magna haec. quia quae est tam magna gens, cui sit deus adpropinquans, sicut dominus deus noster in omnibus in quibuscumque inuocauerimus eum? et quae alia gens tam magna, quae habeat iustitiam et iudicia iusta secundum omnem legem istam, quam ego trado uobis coram uos hodie? adtende tibi et serua animam tuam, ne obliuiscaris omnia uerba, quae uiderunt oculi tui, et ne recedant de corde tuo omnibus diebus uitae tuae. et instrues filios tuos et filios filiorum tuorum. Item in libro paralipomenon II ioadas sacerdos: Et statuit ostiarios super portas domus domini, et non intrabit inmundus in omni re. Item petrus apostolus I: Et uos sancti in omni conuersatione estote, quia scriptum est: sancti estote, quia et ego sanctus sum.

Xlviiii. De Contentione Vitanda

In prouerbiis: Odium suscitat contentio, omnes autem non contendentes protegit amicitia. Item illic: Contradictiones sedat tacitus, inter potentes autem definit. Item illic: Noli procedere in rixam cito, ne postmodum paeniteat te. cum tibi maledixerit amicus tuus, recede retro. noli contendere, cum te exprobrabit amicus. gratia et amicitia liberant, quam serua tibi, ne in obprobriis sis, sed custodi uias tuas bene conseruando. Item illic: Vir animosus fodit contentionem, uir autem iracundus exobruet peccata. Item apostolus ad corinthios I: Cum enim sit inter uos aemulatio et contentiones, nonne carnales estis et secundum

hominem ambulatis? Item ad philippenses: Si qua ergo consolatio in christo, si qua adlocutio caritatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis: inplete gaudium meum, ut id ipsum dicatis omnes, eandem caritatem habentes, unianimes, unum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed humilitate mentis inuicem existimantes sibimet ipsos superiores, non sua singuli respicientes, sed aliorum.

L. De Haereticis Et Psevdoprophetis Vitandis Sev Contentionibvs Legis

In hieremia: Et dixit dominus ad me: falsa prophetant prophetae in nomine meo: non misi illos, et non mandaui illis, neque locutus sum ad eos: quia uisiones falsas et diuinationes

et praesumptiones cordis sui ipsi prophetant uobis. Item illic: Nolite audire sermones prophetarum, quia uani sunt et uisiones cordis sui loquuntur, et non ab ore domini. dicunt his qui repellunt uerbum domini: pax erit uobis. Item in esaia propheta: Populus hic labiis me diligit, cor autem eorum longe est a me: sine causa enim colunt me, docentes doctrinas mandata hominum. Item in ezechiel: Et extendam manum meam super prophetas, qui uident mendacia et loquuntur uana: in disciplina populi mei non erunt, neque in scriptura domus israhel scribentur, et in terram israhel non intrabunt. eo quod populum meum seduxerunt dicentes: pax pax, et non erat pax. Item illic: Vae qui adsumunt ceruicalia sub omnem cubitum manus et faciunt uelamina super omne caput uniuersae aetatis ad subuertendas animas.

et contaminabant me et populum meum seducebant ad occidendas animas, quas non oportebat mori, et ad liberandum animas, quas non oportebat uiuere, dum loquimini populo exaudienti eloquia uana. eo quod euertebatis cor iusti et confirmabatis manus iniqui, ne omnino se auerteret a uia sua mala et uiueret. Item paulus apostolus ad romanos: Obsecro uos, fratres, diligenter obseruate tumultuosos et scandala praeter doctrinam, quam uos didicistis, dicentes aut facientes. declinate ab ipsis. nam huiusmodi domino nostro christo non seruiunt, sed ipsorum uentri, et suauitudine uerborum et benedictione seducuntur corda innocentiam. obauditio autem uestra in omnes transeat. gaudeo autem super uos, et uolo uos prudentes esse ad bonum, simplices autem ad malum. deus autem pacis conterat alienum sub pedes uestros quo celerius. Item ad corinthios II: Quod autem facio et faciam, ut amputem occasionem eorum qui uolunt

occasionem, ut in quo gloriantur inueniantur sicut et nos. nam huiusmodi pseudoapostoli, operarii nequitiae. dolosi, transfigurantes se in apostolos christi. sed non mirum, cum ipse satanas transfiguret se uelut angelum lucis, non est magnum, si ministri eius transfigurantur uelut ministri iustitiae, quorum finis est secundum opera eorum. Item ad philippenses: Videte canes, uidete malos operarios, uidete concisionem. nos enim sumus circumcisio, qui spiritu deo seruimus et gloriamur in christo et non in carne confidimus. Item illic: Nam multi ambulant quos saepe dicebam uobis, nunc autem flens dico, inimicos crucis christi, quorum finis est interitus, quorum deus uenter est et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt: nostra autem conuersatio in caelis est. Item ad colossenses: Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu aut in partem diei festi aut initiis men-

sum aut in numeniis aut in ieiuniis aut in sabbato, quod est umbra futurorum, corpus autem christi. nemo uos seducat uolens in humilitate sensus et superstitione angelorum, quae uidit ambulans, extollens se sine causa inflatus sensu carnis 5uae, et non tenens caput, ex quo omne corpus per nexus et coniunctiones productum et porrectum crescit in augmentum dei, si ergo. mortui estis cum christo ab elementis huius mundi, quare tamquam uiuentes in hoc mundo decernitis ? ne tetigeritis neque gusaaueritis neque contrectaueritis! quae sunt omnia in interitum ipso usu, secundum praecepta et mandata hominum, quae sunt quidem

rationem habentia sapientiae in religione et humilitate cordis, non parcendo corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Item ad timotheum I: Finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. a quibus quidam excedentes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse se legis doctores, non intellegentes neque quae loquuntur neque de quibus adfirmant. Haec doce et exhortare. si quis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus domini nostri iesu

ohristi et ei quae secundum pietatem est doctrinae, inflatus est autem nihil sciens, sed aegrotans circa quaestiones et uerborum pugnas, ex quibus nascuntur inuidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum et a ueritate destitutorum, existimantium quaestum esse culturam dei. discede ab eiusmodi. Item ad quem supra II: Frofanas autem uocum nouitates deuita. multum enim proficient ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit. Item illic:s o timothee, mandatum custodi, dieuitans proianas uocum nouitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Item ad timotheum II: Hoc autem scito, quoniam in nouissimis temporibus aduenient tempora periculosa: erunt homines se ipsos amantes, cupidi, superbi, fastidiosi, blasphemi, parentibus non oboedientes, ingrati, scelesti, infideles, sine affectione, pactum custodientes detractare, incontinentes, inmites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluntatum amatores magis quam dei, habentes formam pietatis, uirtutem autem eius negantes. et hos deuita. ex his sunt

qui penetrant domos et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur uariis desideriis, semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes. quemadmodum enim iamnes et mambres restiterunt moysi, ita et hi resistunt ueritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem. sed ultra non proficient: dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. Item illic: Sicut rogaui te, ut remaneres ephesi, cum irem in macedoniam, ut denun- tiares quibusdam, ne aliter doceant neque intendant fabulis iudaicis et genealogiis infinitis, quae quaestiones praestant magis quam aedificationem dei, quae est in fide. Item ad titum: Stultas autem quaestiones et genealogias et contentiones et pugnas legis deuita: sunt enim inutiles et uanae. haereticum hominem post unam correptionem deuita, sciens quoniam peruersus est eiusmodi et peccat, cum sit suo iudicio damnatus. Item ad laodicenses: Neque destituat uos quorundam uaniloquentia insinuantium, ut uos auertant a ueritate euangelii, quod a me praedicatur. Item apostolus

iohannes: Carissimi, nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex deo sunt, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in hunc mundum. Item iohannes apostolus II: Si quis uenit ad uos et hanc doctrinam non adfert, nolite eum recipere in domum et aue ne dixeritis ei. qui enim dicit illi- aue, communicat operibus eius malignis. ecce prae- . dixi uobis, ne in diem domini condemnemini. Item in euangelio secundum matthaeum: Adtendite uobis a pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces: ex fructibus eorum cognoscetis eos. Item ad ephesios: Probate autem quid sit quod placeat

deo: et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem et redarguite: quae enim in occulto fiunt ab. ipsis, turpe est etiam dicere.

Li. De Continentia Obis

In psalmo CXXXVIIII: Vir linguosus non dirigetur super terram. Item in prouerbiis: Ex multiloquio non effugies peccatum: parcens autem labiis sapiens eris. Item illic: Qui multis utitur uerbis, laedit animam suam. Item illic: Mutum te faciens uideris sapiens esse. Item illic: Qm respondit uerbum prius quam audiat, stultitia est illi et obprobrium. Item illic: Mors et uita in manibus linguae: qui autem continens est, edet fructus eius. Item illic: Qui

custodit os suum et linguam, conseruat de angustiis animam suam. Item illic: Laqueus enim fortis sunt uiro sua labia, et capitur uerbo oris sui. Item illic: Abominatio est domino defigens oculum, et indocti incontinentes sunt lingua. Item illic: Si uideris uirum uelocem in uerbis, scito quia. spem habet magis insipiens quam ille. Item in ecclesiastico: Noli citatus esse in lingua tua et inutilis etremissus in operibus tuis. Item illic: Non appelleris susurrio, et lingua tua capiaris: super furem enim est confusio et paenitentia: susurratori autem odium et inimicitiae et contumelia. Item illic: Ne iteres uerbum durum et nequam. Item illic: Est tacens qui inuenitur sapiens, et est tacens qui non habet sensum loquellae. et est tacens sciens tempus apti

temporis. Item illic: Homo sapiens tacebit usque in tempus: lasciuus autem et inprudens non seruabunt tempus. qui multis utitur uerbis, laedit animam suam, et qui potestatem sibi adsumit iniuste, similiter processus est in malis. Item illic: Qui susurrio est in omnibus et non necesse, odietur. Item illic: Tacitus et sensatus honore honorabitur. Item illic: In medio sensatorum serua uerbum temporis: in medio autem tractantium adsiduus esto. Item illic: Homo iracundus incendit litem, et uir peccator turbabit amicos et in medium pacem habentium inmittet delaturam. secundum uirtutem hominis iracundia illius, et secundum substantiam suam exaltabit litem. certamen festinatum incendit ignem, et lis festinans effundit sanguinem, et lingua testificans adducet mortem: si sufflaueris, quasi scintilla exardebit, <si ex-

pueris super illam, extinguetur,> et utraque ex ore proficiscuntur. susurrio et bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. Item illic: Lingua tertia multos commouit et disparsit illos de gente in gentem: ciuitates diuitum destruxit et domos magnatorum effodit: uirtutes populorum concidit et gentes fortes dissoluit. qui ad illam spectat, non habebit requiem, nec habitabit cum requie. Item illic: Flagelli plagae liuorem faciunt, plaga autem linguae comminuet ossa. . multi ceciderunt in casus gladii, sed non sic. quasi qui interierunt per linguam. felix qui liberatus est a lingua nequam, qui in iracundia illius non transiuit et uinculis illius non est ligatus! iugum enim illius iugum ferreum est, mors illius mors nequissima et inutilis inferi. Item illic: Aurum tuum et argentum tuum confla, et uerbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos: et adtende, ne forte labaris lingua et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus

taus insanabilis. Item illic: Quis dabit ori meo conseruationem et super labia mea signaculum certum, ne cadam ab illis et lingua mea perdat me? deus pater et dominator uitae meae, ne derelinquas me cadere in iIIis: ne adcrescant ignorantiae meae, et adprehendar in conspectu contrariorum, et gaudeat inimicus meus. Item illic: Indisciplinosae IOB adsuescas os tuum, est enim in illa uerbum peccati. Item in ecclesiaste: Noli festinare in ore tuo, etcor tuum non adceleret, ut proferas uerbum ante faciem dei: quia deus in caelo est et tu in terra: propterea pauca sint uerba tua. Item illic: Noli dare os tuum, ut peccet caro tua: et ne dicas ante faciem dei quia ignorantia est, ut non irascatur dominus in uerbis tuis, ut perdat opera manuum suarum. Item in iob: Et ideo a nequissima lingua absconde te, et

absconnon timebis a superuenientibus malis. deride iniustos et infrena os scelestorum. Item illic: Et si in multiloquio extollamur, coram domino non absoluetur. Item in psalmo XIII: Linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labiis eorum: quorum os maledictione et amaritudine plenum est. Item in psalmo XXXIII: Quis est homo qui uult uitam et cupit uidere dies bonos? cohibe linguam tuam a malo et labia tua, ne loquantur dolum: declina a malo et fac bonum: inquire pacem et sequere eam. Item in psalmo XXXVIII: Dixi: custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. posui ori meo custodiam, dum consistit peccator aduersum me. Item in psalmo GXL: Pone, domine, custodiam ori meo et ostium circumstantiae labiis meis. non declines cor meum in uerba mala ad excusandas excusationes in peccatis. cum hominibus operantibus iniquitatem, et non conbinabo cum electis eorum. Item apostolus ad ephe- . sios: Omnis sermo malus de ore uestro non procedat, sed

si quis bonus est ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. et non contristaueritis spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et conuicium tollatur a uobis cum omni malitia. Item in ecclesiastico: Non litiges cum homine linguato, et non mittes in igne illius ligna. Item iacobus apostolus: Sit uero omnis homo citatus audire et tardus loqui. Item illic: Si quis putat superstitiosum se esse, non refrenans linguam suam, sed fallens cor suum. huius uana religio est. Item illic: Nolite multiloqui esse, fratres mei, scientes quia maius iudicium accipietis. multa enim omnes delinquimus. si quis in uerbo non delinquit, hic perfectus uir est, potest frenare totum corpus et dirigere.

quare ergo equis frena in ora mittuntur nisi in eo, ut suadeantur a nobis et totum corpus circumducamus? ecce et naues, quae tam inmensae sunt, sub uentis duris feruntur et circumducuntur a paruissimo gubernaculo, ubi impetus dirigentis uoluerit. sic et lingua pars membri est, sed est magniloqua. et sicut paruus ignis magnam siluam incendit, ita et lingua ignis est: et mundus iniquitatis per linguam constat membris nostris, quae maculat totum corpus, et inflammat rotam geniturae et inflammatur a genitura. omnis enim natura bestiarum et auium et serpentium et beluarum maritimarum domatur et subiecta est naturae humanae: linguam autem hominum domare nemo potest nec retinere a malo, quia plena est mortali ueneno.

Lii. Fvgiendam Ebrietatem

In prouerbiis: Qui est iucundus in uini conmorationibus, relinquet contumeliam. Item illic: Proterua res est uinum

et iniuriosum ebrietas. omma autem stultus his coamiscetur. Item illic: Noli esse uinolentus, neque extendas te ad emendam carnem: omnis enim ebriosus et fornicarius mendicabit . et uestietur conscissos pannos et omnis aomniculosus. Item illic: Cui uae? cui tumultus? cui iudicia? cui libes et rixae? cui contritiones superuacuo? cuius liuidi ocali?\' noane eorum qui conmorantur in uino? nonne eorum qui inuesiagant ubi conuiuia fiant? nolite ergo uos inebriari uino, sed loquimini cum uiris iustis et fabulamini in deambulationibus. si enim in phialas et calices dederitis oculos uestros, nouissime ambulabitis nudiores pilo. Item illic: Potentes iracundi sunt: uinum non bibant, ne, cum biberint, obliuiscantur sapientiam et recta non possint iudicare infirmibus. Item illic: Spinae nascuntur in manibus ebriosi. Item in

ecccclesiastico: Operarius ebriosus non locupletabitur, et qui spernit modica paulatim decidet. uinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguunt sensatos. et qui se iungit fornicariis, erit nequam: putredo et uermes hereditabunt illum. Item illic: Mulier ebriosa et erronea magna ira, et contumelia et turpitudo illius non contegetur. Item illic: Et si in, medio multorum sedisti, prior illis non poscas bibere. quod sufficiens sit homini disciplinato uinum exiguum, et in dormiendonon laborabis ab illo et non senties dolorem. uigilia et cholera et tortio uiro infrunito: somnus sanitatis in homine parco: dormiet usque in mane, et anima illius cum ipso deliciabitur. Item illic: Diligentes uinum noli prouocare: multos enim exterminauit uinum. ignis probat ferrum durum, sic uinum corda superborum arguit. aequa uita hominibus

uinum non in ebrietate: si bibas illud moderate, ut sis sobrius: quia defraudat uitam mors. uinum in iucunditate creatum est, non in ebrietate ab initio. exultatio animae et cordis uinum modice potatum. uinum multum potatum imitationem et iram, et ruinas multas facit ebriositatis animositas. Item in ecclesiaste: Optimum est ire in domum luctus quam ire in domum potationis. Item in iohel propheta: Sobrii estote qui ebrii estis a uino uestro: plorate et ululate omnes qui bibitis uinum in ebrietate, quia ablata est de ore uestro iucunditas et gaudium. Item apostolus ad romanos: Sicut in die honeste ambulemus, non comisationibus, non ebrietatibus, non concubitibus et inpudicitiis, non contentione et aemulatione: sed induite uos domi-

num iesum christum. Item ad corinthios I: Non auari, non ebriaci, non maledici regnum dei possidebunt. Item ad ephesios: Nolite inebriari uino, in quo est luxoria, sed inplemini spiritu sancto.

Liii. Mvlieris Malitiam Esse Vitandam

In prouerbiis salomonis: Noli intendere fallaci mulieri: mei enim destillat a labiis mulieris meretricis, quae ad tempus inpinguat tuas fauces: nouissime tamen amarius felle inuenies et acutiorem magis quam gladium ex utraque parte acutum. uestigia enim eius non conueniunt uitae: uias enim uitae non exsequitur, fallaces enim uiae eius et non bene. cogitantes. longe fac ab ea uiam tuam: noli adpropinquare ad ianuas domus eius, ut non derelinquas aliis uitam tuam

et substantiam tuam his qui sine misericordia sunt. Item illic: Noli nimius esse ad alienam neque coBiungaris amplexibus eius quae non est taa. Item illic: Pili, non te uincat formae desiderium, neque capiaris oculis tuis, neque rapiaris palpebris tuis. pretium enim meretricis quantum est? unus panis: mulier autem uirorum pretiosas animas capit. Item illic: Alligabit quis in sinu ignem, uestimenta autem non conburet? aut ambulabit supra carbones ignis, pedes autem non conburet? sic qui intrat ad uxorem proximi sui non erit inpunitus, neque omnis qui tangit eam. Item illic: Mulier stulta et audax inops prudentia efficitur, quae nescit ruborem. Item illic: Sicut tinea uestimento et uermis

ligno, ita uirum perdet mulier maligna. Item in ecclesiastico: Ne respicias mulierem multiuolam, ne forte incidas in laqueos eius. cum saltatrice ne adsiduus sis nec audias illam, ne forte pereas in efficaciis illius. Item illic: Non des fornicariis animam tuam, ne perdas te et hereditatem tuam. noli uideri in uicis ciuitatis, nec uageris in plateis eius. auerte faciem tuam a muliere conposita, et non respicias speciem alienam. omnis mulier quaestuaria quasi stercus in uia conculcatur. speciem alienae mulieris multi mirati reprobati sunt: conloquium enim eius quasi ignis eiardet. cum aliena muliere non adcumbas supra cubitum, et non alterceris cum illa in uino, ne forte declinet cor tuum in illam, et sanguine tuo labaris in perditionem. Item illic: Non des mulieri potestatem animae tuae, ne ingrediatur in uirtute tua et confundaris. Item illic: Breues omnes mali-. tiae super malitiam mulieris: sors peccatoris cadat super

illam. Item illic: Sicut ascensus arenosus in pedibus ueterani, sic mulier linguata homini quieto. non adtendas in mulieris speciem, et non concupiscas formam mulieris. ira et inreuerentia et confusio uiri magna mulier, si primatum habeat et administret uiro suo. A muliere initium factum \' est peccati, et propter hanc omnes morimur. Item illic: Fornicatio mulieris in extollentia oculorum et in palpebris eius agnoscitur. Item in ecclesiaste : Et dicam amariorem morte mulierem. retia et captio est cor eius et laqueus in manibus eius. Mulier nequa, qui tenet eam quasi qui tenet scorpionem. Item in prouerbiis: Sicut inaures in auribus porci, ita mulieri malae pulchritudo. Item in ecclesia-

stico: Anima humilis et facies tristis et plaga cordis mulier nequa et contraria uiro suo. Item illic: Manus dissolutae . et genua debilia mulier, quae non consentit in angusto uiro suo. Item illic: Mulier ebriaca et erronea magna ira, et. contumelia et turpitudo eius non contegetur.

Liiii. Qvod Tonitbva, Plvviae, Corvscationes, Grandines, Nives, Gelicidia, Venti, Fvlgora Et Nvbes A Domino Sint

In exodo: Et extendit moyses manum in caelum, et dominus dedit uoces et grandinem, et percurrebat ignis super terram aegypti. Item illic: Factum est autem die tertio, cum mane factum esset, factae sunt uoces et coruscationes et nubes caliginosae super montem sina, et uox tubae sonabat

magna, quia descenderat dominus in montem in similitudinem ignis: et ascendebat fumus uelut fumus camini magni. Item ig genesi: Et locutus est dominus ad noe, dicens: post septem dies inducam diluuium aquae per dies quadraginta totidemque noctes, et deleam omnem generationem, quam feci, a facie terrae. Et eruperunt omnes fontes abyssi, et cataractae caeli apertae sunt, et factae sunt pluuiae diluuii super omnem terram. Et tunc misit dominus spiritum et abstinuit aquam. Item in libro iesu naue: Et factum est, cum fugirent a facie filiorum israhel in descensu bethoron, disiecit dominus super illos lapides grandinis de caelo: et persecuta est eos ira domini usque azecha, et mortui sunt plures lapidibus grandinis, quam quos interfecerunt fili israhel gladiis in bello. Item in regnorum I: Et inno-

domicanit aamuhel dominum deum, et dedit uoces et pluuias in illa die: et timuerunt omnes populi dominum deum uehementer et samuhelem. Item in regnorum III: Et factum est uerbum domini ad heliam in anno tertio, dicens: uade et appare ad achab, et dabo pluuiam super terram. Item ip psalmo CXLVII: Qui dat niuem uelut lanam, nebulam nent cinerem spargens. qui emittit crystallum suum tamquam frusta panis: ante faciem frigoris eius quis subsistit? emittit uerbum suum, et liquefaciet ea: flauit spiritus eius, et fluunt aquae. Item in psalmo CXLVIII: Laudate dominum sol et luna, laudate eum omnes stellae et lumen. laudate eum caeli caelorum, et aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen domini. quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt. Item illic: Laudate dominum de terra

dracones et omnes abyssi: ignis, grando, nix, glacies et spiritus tempestatis, quae faciunt uerbum eius. Item in hieremia: Dominus, qui fecit terram in uirtute sua, et in sua prudentia extendit caelum et multitudinem aquae in caelo, et eduxit nubes ab extremo terrae, et fulgora et coruscationes in pluuiam fecit, et eduxit lumen de thensauris suis. et euanuit omnis homo ab scientia sua. Item illic: Numquid est in idolis gentium qui pluat? et si caelum dabit satietatem suam, nonne tu es ipse? et sustinebimus te, domine, quoniam tu fecisti haec omnia. Item in leuitico: Et obtulerunt in conspectu domini ignem alienum nadab et abiud fili aron, quod non praecepit eis dominus. et processit ignis a domino et consumpsit eos, et mortui sunt in conspectu domini. Item in iob: Quia aput dominum prudentia, altitudo cogitationis est et intellectus. et si deus destruxerit.

quis aedificabit ? si ille concluserit, quis aperiet? si siccauerit aquas, quis inrigabit terram? et si multiplicauerit imbrem, ipse euertit eam. quoniam aput illum omnis potentia est.

Lv. Non Lvstrandvm Neqve Divinandvm

In deuteronomio: Non inuenietur in te lustrans filium suum aut filiam in igne, et diuinans diuinationem, augurans qu aruspicans, et medicaminibus infuscans, incantator, uentriloquus, et portenta inspiciens, et interrogans mortuos. est enim abominandus domino deo tuo et omnis qui facit haec. propter has enim abominationes dominus eradicabit eos a te. tu autem consummatus eris coram domino deo tuo. gentes enim istae, quas tu possidebis, auguria et diuinationes audiunt: tibi autem non ita dedit dominus deus tuus. Item in libro sapientiae : Et enim illos antiquos sanctae terrae tuae oderas, quoniam odibilia tibi opera faciebant per medi-

eamina et sacrificia iniusta, et filiorum necatores sine misericordia.

Lvi. De Factvra Mvndi Et Qvod Ex Nihilo Facta Sint Omnia

In genesi: In principio fecit deus caelum et terram. Item in exodo: Quia sex diebus fecit deus caelum et terram et mare et omnia quae sunt in eis. Item in hesdra: Tu, deus domine, fecisti caelum et terram et caelum caeli et uirtutes eorum. tu fecisti terram et omnia, quae sunt in illa, maria et quae in eis sunt, et tua uirtute uiuificantur uniuersa. uirtutes etiam caelorum te adorant semper, domine. Item in psalmo XXXII:- Verbo domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item in psalmo

LXXIII: Tuus est dies et tua est nox: tu fecisti solem et lunam. tu fecisti omnes terminos terrae: aestatem et uer tu fecisti ea. Item in psalmo LXXXVIII: Tui sunt caeli et tua est terra, orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti. Item in psalmo CXLVIII: Laudate dominum de caelis, laudate eum in excelsis. laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. laudate eum sol et luna. laudate eum omnes stellae et lumen. laudate eum caeli caelorum, et aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen domini. quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt. statuit ea in aeternum et in saeculum saeculi. Item in machabaeorum: Oro te ergo, respice caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt, et uidens scito quoniam ex nihilo haec creata sunt a domino deo, qui et hominum genus fecit similiter: et ipse iudicabit orbem terrarum. Item in esaia propheta: Manus mea fundauit

terram, et dextera mea solidauit caelum. Item illic- Quoniam caelum ut fumus solidatus est. Item illic: Ego feci terram et hominem super eam, et manus mea solidauit caelum. ego omnibus sideribus praecepi lucere. Item in euangelio secundum iohannem: In principio erat uerbum, et uerbum erat aput deum, et deus erat uerbum. hoc erat in principio aput deum. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. Item ad ephesios: Sacramenti absconditi a saeculo in deo, qui uniuersa creauit. Item ad colossenses: Qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii claritatis suae, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum: qui est imago dei inuisibilis, primogenitus totius

creaturae, quoniam in ipso creata sunt omnia in caelo et in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni siue dominationes siue principatus sine potestates:

omnia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia ipsi constant. Item in hieremia: Dominus, qui fecit terram in uirtute sua, et in sua prudentia extendit caelum et multitudinem aquae in caelo, et eduxit nubes ab extremo terrae, et fulgora et coruscationes in . pluuiam fecit, et eduxit lumen de thensauris suis. Item tobi: Benedicant te caeli et omnis creatura totius terrae: quia dixisti, et facta sunt omnia, et confirmas uniuersa uerbo tuo. tu fecisti adam et dedisti ei adiutorium euam. Item in actibus apostolorum: Nos similiter ut uos passibiles sumus homines, euangelizantes uobis deum, ut ab his uanis conuertamini ad deum uiuum, qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt. qui in praeteritis generationibus reliquit omnes gentes ingredi itinera sua.. et quidem

non sine testimonio semet ipsum reliquit, bene faciens e caelo, dans uobis pluuiam aeternam fructiferam, inplens cibo et laetitia corda uestra. Item illic: Deus, qui fecit hunc mundum et omnia quae in eo sunt. hic, cum sit caeli et terrae dominus, non inhabitat in manufactis templis.

Lvii. Qvod Tenebrae A Deo Creatae Sint

In esaia: Ego qui creaui lucem et feci tenebras, faeieas pacem et creans bona. ego dominus qui facio omnia ista. Item in iob: Intuere itaque, iob, haec et tace correptus uirtute domini, qui ordinauit opera sua faciens lumen de tenebris.

Lviii. De Homicidio Casvali.,

In exodo: Si quis autem percusserit seruum suum aut ancillam suam uirga, et mortuus fuerit sub manu eius, iudicio uindicetur. si uero superuixerit diem unum uel duos, non uindicabitur: pretium enim eius est. Item illic: Si autem rixabuntur duo uiri, et percusserit aliquis ex his proximum suum lapide aut pugno aut ferro, et non fuerit mortuus, decubuerit autem in lecto suo, et si exsurrexerit is homo et ambulauerit cum baculo, innocuus erit qui percussit, tantum quod cessationes eius dabit et curationes. Item illic: Si autem duo uiri rixabuntur, et pereusserint mulierem praegnantem, et abortauerit inmaturum, detrimentum patietur:

quodcumque uir mulieris petit, dabit cum postulatione. quod si formatum fuerit, dabit animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, conbustionem pro conbustione, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore.

Lviiii. Decimas Et Primitias Frvgvm Vel Omnivm Rervm Praecepto Legis Ecclesiae Dari Oportere

Abraham melchisedech in genesi: Et dedit ei decimas ab omnibus suis. Item illic: Et uouit iacob uotum dicens: si fuerit dominus deus mecum, et custodierit me in hac uia, qua ego

iter facio, et dederit mihi panem manducare et uestimentum quod cooperiar, et reduxerit me cum sanitate in domo patris mei: et erit dominus in deum :

et lapis, quem statui, erit mihi domus dei, et omnium quaecumque mihi dederit dominus decimas decimabo ex illa tibi. Item in leuitico: Omnis decima terrae a semine terrae et a fructibus arborum sanctum est domino. quod si redimens redimet homo decimam suam, quod adiectum fuerit adiciet ad ipsum, et erit ei. Item illic: Et omnis decima boum et ouium et omne quodcumque transiet sub uirga in numero, decimum quodcumque erit sanctum domino. non mutabis illud bonum malo neque malum bono. Item in numeris: De initio areae tuae et lacus non fraudabis, initia omnium fructuum terrae tuae inferes in domum domini dei tui. Itemillic: Primitias consparsurae uestrae, panem oblationis, separabitis eum: sicut oblationem de area, sic auferetis eum

primitias consparsionis uestrae. Item illic: Et diiit dominus ad aaron: omnes primitiae olei et omnes primitiae uini et tritici, primitias illas quascumque dabunt domino tibi dedi ea. Item illic: In terra eorum non possidebis, et portio non erit tibi aput eos, quia ego sum portio tua et hereditas tua. et filiis leui ecce dedi omnem decimationem in sortem pro deseruitionibus eorum, quibus deseruiunt ipsi in tabernaculo testimonii. Item in deuteronomio: Et erit locus, quem elegerit dominus deus uester inuocari nomen suum ibi, . adferetis omnia quae praecipio uobis hodie holocausta uestra et sacrificia, et decimas uestras et primitias, et dona uestra et omnia quae elegerit de manibus uestris, quaecumque uoueritis domino deo uestro. Item illic: Decimas decimabis omnis seminis tui, id quod natum est in agro tuo

ab anno in annum. afferes decimas tritici tui et uini tui et olei tui et primitiua boum tuorum et ouium tuarum, ut discas timere dominum deum tuum omnibus diebus uitae tuae. Et (ueniet) leuites, quia non est illis portio neque sors tecum, et aduena et orfanus et uidua, quae est in ciuitatibus tuis, et manducabunt et satiabuntur. et benedicet te dominus deus tuus in omnibus operibus tuis, quaecumque facies. Item tobi: Ego ibam in hierusalem in diebus festis, seruans quod scriptum est fieri oportere ab omni israhel. et custodiens praeceptum sempiternum constitutum a deo, primitias et decimas armenti . et pecorum et initia tonsurae ouium mearum portabam mecum et dabam sacerdotibus filiis aaron. et secundum morem legis de tritico et uino et oleo et ficis et ceterorum fructuum primitiuis deferebam leuitis et omnibus quotquot ministrabant in hierusalem domino, et secundum legem decimatioms quod conmutandum erat conmutabam, et congregabam pretium redemptorum per sexennium, et postea ibam et conputabam

uniuacuiusque anni fructum, adnumerabam pecuniam in loco saucte, ita ut tertii anni decimationem darem proselytis et orfanis et uiduis„ qui faciens omnia quae praecepta. sunt a domino israheL Item aggaeus propheta: Seminastis multa et intulistis minima et exsufflaui ea. Item iUic: Haec dicit dominus: propter quod domus mea deserta ert, uos autem satis agitis unusquisque in domum suam. ideo cessabit caelum a rore, et terra subtrahet fructus suos. et inducam gladium super terram et super frumentum et super uinum et super oleum et super homines et super pecora ei . super omnes labores manuum eorum. Item

in malachihel: Si subplantabit homo dominum? quia uos subplantastis me. et dixistis: in quo subplantauimus te? quia decimae

nteae et primitiae aobiscum sunt et dissimulantes uos dissimulastis et uos me subplantastis. et intulistis uos pignera in thensauris uestris, et erit rapina in domibus uestris. Item illic: Maledictus homo qui potens erat, et erat in grege eius masculus, et uotum eius super illum, et immolat inquinatum domino. Item in prouerbiis: Honora dominum de tuis iustis laboribus et deliba illi de iustitiae tuae fructibus, ut impleantur horrea tua abundantia tritici, uino autem et . oleo torcularia tua redundent.

Sections 60 to 89

Lx. Paruulos Emendandos Instanter

In prouerbiis solomonis: Qui parcit baculo, odit filium suum: nam qui diligit, diligenter erudit. Non laetatur pater

in filio non erudito. Item illic: Noli cessare paruulum emendare, quoniam si percusseris eum uirga, non morietur: tu quidem percuties eum uirga, animam autem eius liberabis a morte. Item illic: Erudi filium tuum, et exhilarabit te, et dabit decorem animae tuae. Item illic: Iuuenis, qui cum sancto, directa est uia eius. auris audit et oculus uidet, opera domini utraque. Item in ecclesiastico: Filii tibi sunt? erudi illos a pueritia illorum. filiae tibi sunt? serua corpus illarum, et non hilarem faciem tuam ostendas ad illas. Item illic: Qui diligit filium suum, adsiduat illi flagella, ut laetetur in nouissimo suo et non palpet ostia proximorum. qui docet filium suum, laudabitur in illo et in medio amicorum

laudabitur in illo. Item illic: Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum. mortuus est pater et quasi non est mortuus, similem enim reliquit post ae. Item illic: Equus indomitus euadit durus, et filius remissus euadit praeceps. curua ceruicem eius in iuuentute, et tunde latera illius, dum infans est, ne forte induret et non obaudiat te, et erit tibi dolor animae.

Lxi. Sanctorvm Conversationi Et Tractatvi Adhebendvm

In prouerbiis: Iuuenis, qui cum sancto, directa est uia eius. auris audit et oculus uidet, opera domini utraque. Item in ecclesiastico: Cum sancto adsiduus esto, quemcumque cognoueris conseruantem timorem dei. Item illic:

In multitudine presbiteronim prudentium sta, et sapientiae illorum ea corde coniungere : et omnem narrationem dei uelis audire, et prouerbia laudis non effugiant te. et si uideris sensatmn, euigila ad illum, et gradus ostiorum illius exprimat pes tuus. Item illic: In tota anima tua time dominum, et sacerdotes illius sanctifica. ex tota uirtute tua time eum qui te fecit, et ministros eius non derelinquas. honora dominum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes. Item illic: Non despicias narrationem presbiterorum sapientium, et in prouerbiis illorum conuersare: ab ipsis enim disces doctrinam intellectus: et ipsi enim didicerunt

a patribus. Item illic: In medio tractantium adsiduus esto, et congregationi pauperum adfabilem te facito, et presbitero hnmffia animam tuam, etmagnato humilia caput tuum. Item illic:

Secundum uirtutem tuam caue tibi a proximo et cum sapientibus et sensatis tracta. Item illic-: Viri iusti. sint tibi conuiuae, et in timore domini sit tibi gloria. cum sensatis sit tibi tractatus, et omnis narratio tua in praeceptis altissimi. in manibus artificum opera laudabitur, in sensu uero seniorum uerbum.

Lxii. Non Accipiendas Vsvras

In leuitico: Pecuniam tuam non dabis in usuram, et in additamentum recipiendi gratia non dabis ei escas tuas: ego sum dominus deus uester, qui eduxi uos de terra aegypti. Item in deuteronomio: Non exiges a fratre tuo usuram pecuniae et usuram escarum et usuram omnium rerum quaecumque fieneraueris. Item in psalmo XliII: Qui iurat proximo suo et non decipit eum: qui pecuniam suam non dedit ad usuram.

Lxiii. Qvod Negotiator Mendacio Exvi Non Possit

In ecclesiastico: Duae species difficiles et periculosae mihi apparuerunt: difficile exuetur negotians a mendacio, et non iustificabitur caupo a peccato. si in medio conpaginis lapidum palus figitur, sic in medio uenditionis et emptionis angustabitur peccatum.

Lxiiii. Dvplicia Pondera Non Habenda

In deuteronomio: Non erit in domo tua pondus grande aut pusillum, et non erit in domo tua mensura grandis aut pusilla: pondus uerum et iustum erit tibi: ut multorum dierum sis super terram quam dominus deus dabit tibi in sortem: quia abominandus est domino omnis qui facit iniusta. Item

abomiin prouerbiis: Statera iniqua abominatio est coram domino: pondus autem aequum acceptum est ei. Item illic: Abominatio est domino duplex pondus, et statera dolosa non est bonum ante eum. Item illic: Pondus magnum et minimum et mensurae duplices inmunda ante dominum utraque, et qui facit ea in studiis suis inpedietur. Item in amospro- , pheta: Audite igitur haec, qui opprimitis in mane pauperes et uiolatis inopes a terra, dicentes: quando transiet messis,\' ut uendentes adquiramus, et sabbata, ut aperiamas thensauros et faciamus mensuram minorem, et ut adampliemus pondus et faciamus stateram iniquam, ut possideamus pecunia pauperes et inopes pro calciamentis, et ab omni negotio mercabimur? iurauit dominus aduersus superbiam iacob: si obliuiscetur omnia opera eius. et pro his conturbabitur terra, et lugebunt omnes qui habitant in ea.

Lxv. Vota Domino Statim 8Olvi Oportere

In deuteronomio: Si autem uoueris uotum domino deo tao, non tardabis reddere illud: quia exquirens exquiret dominus deus tuus a te, et erit in peccatum. si autem no- \'lueris uouere, non erit in te peccatum. quae exeunt per labia tua custodies, et facies quemadmodum uoueris deo tuo uotum quod locutus es ore tuo. Item in ecclesiaste: Statim ut uoueris

uotum: domino, non tardabis reddere illud. tu itaque quae uoueris redde. bonum est non uouere quam uouisse et non soluere.

Lxvi. Non Stvlte Ridendvm

In ecclesiastico: Stultus in risu exaltat uocem suam, et uir sapiens uix tacite ridebit. Item illic: Narratio peccantium odiosa, et risus illorum in delictis peccati. Item illic.: Melior est indignatio quam risus, quia in uultu obleetabitur cor. cor sapientium in domo luctus, et cor insipientium in domo luxoriae. Item illic: Sicut strepitus spinarum sub olla, sic qui audit risum insipientium.

Lxvii. Non Accipiendvm Testimonivm Testis Vnivs

In deuteronomio: Non inminebit testis unus, qui testimonium det aduersus hominem secundum omne peccatum et

contra omne delictum quodcumque peccauerit: in ore duorum testium et in ore trium testium stabit omne uerbum.

Lxviii. Non Indvendas Vestes Vibi A Mvliere Neqve Mvlieris A Tibo

. In deuteronomio: Non erunt res uiriles super mulierem, nec induetur uir uestimentum muliebre, quia abominatio est domino et qui fecerit haec.

Lxviiii. Non Inpvtari Peccatvm Parentvm Filiis Neqve Filiorvm Parentibvs

.In deuteronomio: Non morientur parentes pro filiis, et fili non morientur pro parentibus: unusquisque in suo peccato .

morietur. Item in hieremia: In diebus illis non dicent: patres manducauerunt uuam acerbam, et dentes filiorum obstipuerunt: sed unusquisque in peccato suo morietur, et qui manducauerit uuam acerbam, dentes eius stupebunt. Item in ezechihel: Anima autem, quae peccauerit, morietur. filius uero non acceperit iustitiam patris, neque pater accipiet iniustitiam fili : iustitia iusti super ipsum erit, et iniquitas iniqui super ipsum erit.

Lxx. Nvtriendos A Parentibvs In Timore Domini Filios

In deuteronomio: Et erunt uerba haec quaecumqu» praecipio tibi hodie in corde tuo et in anima tua, et demonstrabis ea filiis tuis et loqueris eis sedens in domo tua et cum iter facies in uia, et in quiete et in uigiliis: et obli-

gabis ea in signo super manum tuam, et erimt mobilia ante oculos tuos: et scribes ea super limina domus tuae et in iamiis tuis. Item paulus apostolus ad ephesios: Et uos parentes, nolite in iram prouocare filios uestros, sed enutrite illos in disciplina et correptione domini. Item ad timotheum: Domum suam bene regentem, filios habentem subditos cum omni castitate. Item illic: Biacones sint unius uxoris uiri, qui filiis bene praesunt et suis domesticis.

Item ad colossenses: Patres, nolite ad indignationem prouocare filios uestros, ne pusillo animo fiant.

Lxxi. Seminandam Ante Tvbtitiam Et Postea Metendos Frtctvs Eivs

In osee propheta: Seminate uobis iustitiam et uindemiate fructum uitae, exquirite uobis lumen scientiae, sustinete dominum, donec ueniat uobis fructus iustitiae. ut quid dilexistis impietatem, et iniquitates eius uindemiastis? Item in ecclesiastico: Fili, a iuuentute tua excipe doctrinam, et usque ad canos inuenies sapientiam. quasi is qui arat et seminat accede ad illam, et sustine bonos fructus illius. in opere enim illius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius. Item in hieremia propheta: Innouate uobis nouitatem, et nolite serere in spinis. circumcidimini deo uestro, et circumcidite praeputium cordis uestri, uiri iuda et qui habitatis in hierttsalem, ne quando exeat sicut ignis

indignatio mea et exardescat, et non erit qui extinguat a facie nequitiae cogitationum uestrarum. Item in psalmo CXXV: Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent. euntes ibant et flebant, mittentes semina sua: uenientes autem uenient in exultatione, portantes manipulos suos. Item apostolus ad galatas: Nolite errare, deus non deridetur. quae enim seminauerit homo, haec et metet: quoniam qui seminat in carne sua de carne metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu de spiritu et metet uitam aeternam. bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes.

Lxxii. In Mortvo Lacrimas Prodvcendas

In ecclesiastico: Fili, in mortuo produc lacrimas, et quasi dira passus incipe plorare, et secundum iudicium con-

tege corpus eius, et non despicias sepulturam illius. propter delaturam amare fers luctum illius unius diei, et consolare propter tristitiam.

Lxxiii. Neminem Esse Sine Peccato

In prouerbiis: Quis gloriabitur purum se habere cor? aut quis audebit dicere mundum se esse a peccato? Item in iob: Quoniam si fuero iustus, non dubito quin os meum admiserit iniquitatem. et si dixero: sine querella sum, adaeque difficilia locutus sum. quis enim hominum uel uirorum ab operibus suis mundus et inmaculatus est coram domino? quia nemo mundus a sorde, nec unus quidem, etiam si una die fuerit uita eius super terram. quis enim hominum est sine querella? aut quis poterit iustus esse, qui natus est ex muliere? nam si nec caelum mundum est ante conspectum

domini, quanto magis exsecrabilis et inmundus uir? Item iohannes apostolus I: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et ueritas in nobis non est si confiteamur

peccata nostra, fidelis et iustus est qui dimittat nobis peccata, et mundet BOS ab omni iniquitate.

Lxxiiii. Non Fvrandvm

In exodo: Non facietis furtum et non mentiemini. Item in psalmo XLVIIII: Si uidebas furem, simul cum eo currebas, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Item illic: Arguam te et statuam illa contra faciem tuam. Item in prouerbiis: Qui partitur cum fure, odit animam suam. Item ad corinthios I: Non fures, non auari, non ebriaci, non maledici, non rapaces regnum dei possidebunt.

Item in zacharia propheta: Et conuersus adleuaui oculos meos, et uidi et ecce falcem uolantem, statura cubitorum uiginti et latitudo cubitorum decem. et dixit mihi: hoc est male dictum, quod eDit ad maleficos qui sunt super faciem totius terrae: quia omnis fur et periurus ex ea usque ad mortem punietur. et proferam illam, dicit dominus omnipotens, et introibit in domum furis et in domum periurantis in nomine meo in mendacio, et requiescet in media domo eius, et consummabit eum et materiam eius et lapidem eius. Item in exodo: Quod si quis inuolaueirt uitulum aut ouem et occiderit eum aut uendiderit, quinque uitulos reddet pro uno uitulo et quattuor oues pro una one. Item illic: Quod si pauper est et non habet unde reddat, ueneat pro furto. quod si prehensus fuerit et inuentum fuerit in manibus eius furtum ab asino usque ad ouem uiuentem, dupla reddet.

Lxxv. Non Gloriandvm In Sapientia Mvndi

In prouerbiis: Esto confidens toto corde in domino, in tua autem sapientia noli extolli. Item illic: Noli esse sapiens aput te: time autem deum et declina ab omni malo. tunc sanitas erit corpori tuo et diligentia ossibus tuis. Item illic: Vidi uirum aestimantem se sibi sapientem esse, spem autem habuit magis insipiens quam ille. Item in esaia: Vae his qui prudentes sunt aput se et in conspectu suo sapientes. Item illic: Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. Item in hieremia: Haec dicit dominus: non glorietur sapiens in sua sapientia,

et non glorietur fortis in sua fortitudine, et non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire et intellegere quia ego sum dominus qui facio misericordiam et iudicium et iustitiam super terram, quia in his est uoluntas mea, dicit dominus. Item apostolus ad romanos: Dicentes enim esse se sapientes stulti facti sunt. Item ad corinthios I: Vbi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius saeculi? nonne stultam fecit deus sapientiam mundi? Item illic: Videte uocationem uestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quae stulta sunt huius mundi elegit deus, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, et ignobilia et contemptibilia elegit quae non sunt, ut quae sunt destituat, ut non glorietur omnis caro coram deo. Item illic: Nemo se fallat. si quis uidetur

sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens. nam sapientia huius mundi stultitia est aput deum. scriptum est enim: conprehendam sapientes in astutia eorum. et iterum: dominus nouit cogitationes sapientium quoniam uanae sunt

Lxxvi. Non Ambiendos Honores

In ecclesiastico: Noli superbire ante conspectum regis, neque in locis potentium subsistas: melius est enim dici tibi: ascende ad me, quam humiliari in conspectu potentis. Noli quaerere a deo ducatum neque a rege cathedram honoris: non iustifices te ante dominum, quoniam agnitor cordis est. noli quaerere eligi iudex nisi uirtute inrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis et ponas scandalum in astutia tua. Item in euangelio secundum matthaeum: Accessit ad dominum mater filiorum zebedaei cum filiis suis,

adorans eum et postulans aliquid ab eo. ille autem ait: quid uis? dicit illa: ut sedeant isti duo fili mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram in regno tuo. ait autem iesus: nescitis quid postuletis: potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? illi autem dixerunt: possumus. ait illis iesus: calicem meum quidem bibetis, sedere autem ad dexteram uel ad sinistram meam non est meum dare uobis, sed quibus paratum est a patre meo. quo audito ceteri decem discipuli indignati sunt de duobus fratribus. iesus autem aduocauit eos et dixit: scitis quoniam principes gentium dominantur eorum et magnam potestatem exercent in eos. non sic est inter uos, sed quicumque uoluerit inter uos primus esse erit uester seruus: sicut et filius hominis non uenit, ut illi ministretur, sed ut ministret et det animam suam redemptionem pro multis. uos autem quaeritis in modicis extolli, et de maximis minui. cum autem introieritis ad caenam uocati, nolite recumbere in honorificis locis, ne forte dignior te superueniat et accedens inuitator dicat tibi: adhuc infra accede, et confundaris. si autem recubueris in inferiori loco, adueniet inferior te, et dicet tibi qui te ad caenam inuitauit: accede adhuc in superiori loco, et erit hoc tibi utilius. quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exalta-

ezebitur. Item in ezechiel propheta: Et cognoscent omnia ligna campi quia ego sum dominus, qui humilio lignum altum et exalto lignum humile et arefacio lignum uiride et reuirescere facio lignum aridum. ego dominus locutus sum et faciam.

Lxxvii. Qvod Qvi Hominem Dei Spernit Dominvm Spernat

In deuteronomio: Et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem qui adstat ministrare in nomine dei tui aut indices qui fuerint in diebus illis, morietur homo ille, et auferes malum ex israhel: et omnis populus cum audierit, timebit et non faciet iniustitiam. Item

in regnorum I dominus ad samuhelem: Non te spernunt, sed me, ne regnem super illos. Item in ezechiel propheta: Domus autem israhel nolunt audire te, quia nolunt audire me: quia uniuersa domus israhel contentiosi sunt et duro corde. Item in exodo: Non enim ad nos

est murmuratio uestra, sed aduersus deum. Item in euangelio secundum lucam dominus iesus: Qui audit nos, me audit, et qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Item apostolus ad thessalonicenses: Quapropter qui spernit, non hominem spernit, sed deum, qui dedit spiritum sanctum in nobis. Item ubi supra II: Vos autem, fratres, nolite deficere bene facientes. si quis autem non obaudit uerbo nostro, hunc per epistulam notate et non conmisceamini cum illo, ut confunda(tu)r.

Lxxviii. De Oboedientia

In exodo: Si audieris uocem domini dei tui et quae ei placent feceris coram ipso et obaudieris praeceptis eius et custodieris omnem iustitiam eius, omnem infirmitatem, quam inportaui aegyptiis, non inportabo in te. ego enim sum dominus qui saluum facio te. Item in prouerbiis: Malum aureum in monile sardium, in aure (in)auris aurea et sardino pretioso, ita sermo sapiens in aure oboedientis. Item in ecclesiastico: Filii sapientiae ecclesia iustorum, et natio eorum obaudientia et caritas. Item apostolus ad romanos: Gratia autem deo, quod fuistis serui peccati, sed obaudistis ex corde in eam formam doctrinae, in quam traditi estis. liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiae. Item illic: Sicut enim per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita et per unius oboedientiam iusti constituentur multi. Item ad corinthios II: Ideo enim scripsi uobis, ut cognoscam experimentum uestrum, si in omnibus oboedientes estis. Item petrus apostolus I: Animas itaque uestras castificate ad oboediendum fidei per spiritum.

Lxxviiii. Pvsillianimem Non Scandalizandvm, Sed Potivs Consolandvm

In euangelio secundum matthaeum: Qui scandalizauerit unum pusillum ex his qui in me credunt, bonum est illi magis, ut circumligetur mola asinaria collo eius et proiciatur in profundum. Item apostolus ad romanos: Carnis curam ne feceritis in desideriis. infirmum in fide adsumite, non in disceptationes cogitationum. Item ad galatas: Fratres, et si praeuentus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis: considerans te ipsum, ne et tu tempteris. alter alterius onera portate, et sic implebitis legem christi. Item ad thessalonicenses I: Oramus autem uos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillianimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. uidete ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini in inuicem et in omnes. Item ad romanos: Debemus autem nos potentes infirmitates eorum qui inpotentes sunt baiulare et non nobis placere. unusquisque uestrum proximo placeat ad bonam aedificationem. christus autem non sibi placuit, sed secundum quod scriptum est: obprobria exprobrantium ceciderunt super me. quae autem scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. deus autem omnium det uobis id ipsum sapere in inuicem secundum christum iesum, ut unianimes uno ore magnificetis dominum et patrem domini nostri iesu christi. propter quod

suscipite inuicem, sicut et christus suscepit uos in gloriam dei. Item illic: Deus autem spei adimpleat uos omni gaudio et pace, ut abundetis

crein omnem spem in uirtute spiritus sancti. certus sum autem, fratres, de uobis quoniam adimpleti estis dilectione et omni scientia, ut alterutrum possitis coercere. Item ad corinthios II: Si quis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ut non onerem, omnes uos. sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio haec, quae fit a pluribus, ita ut econtra magis donetis et consolemini, ne forte maiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum caritatem. ideo enim scripsi, ut cognoscam experimentum uestrum, si in omnibus oboedientes estis. si cui autem aliquid donatis, et ego. nam quod donaui propter uos in persona christi, ut non possideamur a satana. non enim ignoramus cogitationes eius. Item ad colossenses: Induite ergo uos tamquam electi dei, ut sancti et dilecti, uiscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, lenitatem,

iustitiam, patientiam, subportantes inuicem et donantes uobis ipsis, si quis aduersus aliquem habet querellam: sicut et dominus donauit uobis, sic et uos facite.

Lxxx. De Lavde Virginvm

In libro sapientiae : Quoniam felix sterilis et incoinquinata quae nescit thorum in delicto! habebit fructum in dilectione animae. et spado qui non est operatus per manus iniquitatem nec cogitauit aduersus dominum nequissima. dabitur enim illi fidei donum electum et sors in templo dei oblatior. bonorum enim laborum fructus bonae famae, et quae non excidat radix sapientiae. Item paulus apostolus ad corinthios I: De uirginibus autem praeceptum domini non habeo, consilium autem do sicut misericordiam consecutus, ut fidelis essem. existimo ergo hoc bonum esse propter praesentem necessitatem, quia optimum est homini

sic esse. Item illic: Hoc autem dico, fratres, tempus breue est: reliquum est, ut et qui habent uxores tamquam non habentes sint, et qui flent tamquam non flentes sint, et qui gaudent tamquam non gaudentes sint, et qui emunt tamquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur: praeterit enim habitus huius mundi. uolo uos sine sollicitudine esse. qui sine uxore est sollicitus est quae domini sunt, quomodo placeat deo. qui autem uxorem habet, cogitat quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori. separata est mulier et uirgo. quae non est nupta, cogitat quae dei sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu. quae autem nupta est, cogitat quae sunt huius mundi, quomodo placeat uiro. Item illic: Itaque et qui nuptum dat uirginem suam bene facit, et qui non dat melius facit. Item in euangelio secundum matthaeum: Dico autem uobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa adulterii,

facit illam moechari. dicunt ei discipuli: si talis uiri causa est cum uxore, non expedit nubere. iesus autem respondit eis: non omnes capiunt uerbum istud, sed hi quibus concessum est sunt enim spadones, qui ex utero matris nati sunt, et sunt spadones, qui facti sunt ab hominibus, et sunt spadones, qui se ipsos spadonauerunt propter regnum. qui potest capere, capiat.

Lxxxi. De Concordia Conivgali Et Habitv Mvliervm

In ecclesiastico : In tribus placitum est spiritui meo, quae sunt probata coram deo et homine, concordia fratrum et amor proximorum et uir et mulier sibi consentientes. Item apostolus ad colossenses: Viri, diligite uxores uestras et nolite amari esse aduersus illas. mulieres, subditae

estote uiris, sicut decet in domino. Item ad timotheum I: Volo igitur uiros orare in omni loco, leuantes sanctas manus sine ira et disceptatione. similiter et mulieres in habitu ordinato cum uerecundia et castitate ornantes se, non in tortis crinibus aut auro ant margaritis aut ueste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes castitatem per opera bona. mulier in silentio discat in omni subiectione. docere autem mulieri non permitte, neque dominari in uirum, sed esse in silentio. adam enim primus formatus est, deinde eua. et adam non est seductus, sed mulier seducta in praeuaricatione fuit. salua autem erit per filiorum generationem, si maneat in fide et ueritate et sanctitate cum sobrietate. Item ad titum: Tu uero loquere quae decet sanam doctrinam. senes sobrios esse, castos, prudentes, sanos in fide et caritate et patientia. anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non uino multo seruientes, bene docentes,

ut prudentiam doceant: adulescentulas autem, ut diligant uiros suos et diligant filios. prudentes, castae, domum custodientes, benignae sint et subditae uiris suis. iuuenes similiter hortare, ut prudentes sint in omnibus. Item petrus apostolus in epistula I: Mulieres, subditae estote uiris uestris: ex quibus si qui non credunt huic uerbo, per mulierum suarum conuersationem sine uerbo lucrifiant, considerantes uestram in timore castam conuersationem. quarum sit non extrinsecus capillorum inplicatus aut auri circumpositio aut habitus uestimentorum aut ornamentorum, sed ille absconsus cordis homo incorruptus mansueti et modesti spiritus, quod est magnificum in conspectu dei. sic enim quondam sanctae mulieres, quae in dominum sperabant, ornabant se, subiectae fortiori uaso uiri, sicut sarra obsequebatur abrahae, dominum illum suocans: cuius estote filiae bene dicentes et bene facientes, nec timentes ullam perturbationem. uiri similiter conmorantes secundum scientiam, tamquam infirmiori uaso muliebri inpertientes honorem, tamquam coheredi gratiae et uitae, ad hoc ne inpediantur orationes uestrae.

Lxxxii. De Sanctitate Et Opere Vidvarvm

In libro regnorum III: Et dixit dominus ad heliam: exurge et uade in sarepta sidonis: ecce praecepi ibi mulieri uiduae, ut pascat te. et surrexit et abiit in sarepta sidonis. et ut uenit ibi, ecce ad portam ciuitatis ipsius mulier uidua colligebat ligna. et exclamauit depost illam helias, et dixit ei: eice mihi pusillum aquae in uas ut bibam. et cum abisset illa, ut acciperet et deferret aquam, exclamauit iterum depost illam helias, et dixit: adfer mihi panem ut edam. et illa dixit: uiuit dominus deus tuus, si est mihi focacium nisi pusillum farinae in hydria et modicum oleum in uas. et ecce ego ideo colligo duo ligna, ut introeam et faciam

illum mihi et filiis meis, et edemus et moriemur. et dixit helias: aequo animo esto: intra et fac secundum uerbum tuum. sed fac mihi inde focacium pusillum in primis, tibi autem et filiis tuis facies postea. quoniam haec dicit dominus: fidelia farris

non deficient et capsaces olei non minuentur usque in diem, quo dabit deus pluuiam super terram. et abiit et fecit, et manducauit ipse et illa et filii eius: hydria pulentae non defecit neque uas olei secundum uerbum domini, quod locutus est in manu heliae. Item in libro iudith: Et erat iudith uidua in domo sua annis tribus et mensibus sex. et fecit sibi tabernaculum super tectum domus, et inposuit super lumbos suos cilicium, et ieiunabat omnibus diebus uitae suae praeter sabbatis et numeniis et gaudimoniis domus israhel. et erat bona facie ualde, et non erat qui inferret ei uerbum malum, quoniam timebat dominum ualde. Item in euangelio secundum lucam: Et erat anna prophetissa filia phanuhel de tribu aser et haec processa erat in diebus suis, quae uixerat cum uiro suo annis septem a uirginitate sua. et haec uidua annorum octuaginta et quattuor, quae non

serdiscedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus seruiens nocte ac die. Item: Intendens autem iesus uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacio diuites. uidit autem et quandam uiduam et pauperculam mittentem aera minuta duo, et dixit: uere dico uobis, quia uidua haec paupercula plus omnibus misit: omnes enim hi ex abundanti sibi miserunt in dona dei, haec autem ex eo quod deest illi omnem uictum, quem habuit, misit. Item apostolus ad timotheum I: Viduas honora, quae uere uiduae sunt. si qua autem uidua filios aut nepotes habet, discat primum suam domum pie tractare et remunerare parentes: hoc enim acceptum est coram deo. quae autem uere uidua est etdesolata, sperat in deum et instat orationibus die ac nocte. quae autem in deliciis agit, uiuens mortua est. et haec praecipe, ut inreprehensibiles sint. si qua autem suorum et

maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit et est infideli deterior. uidua eligatur non minus annorum sexaginta, quae fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis habens testimonium, si filios nutriit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. adulescentiores autem uiduas deuita. Item in actibus apostolorum: In ioppe autem erat quaedam uidua nomine tabitha, quae interpretata dicitur dorcas. haec erat plena operibus bonis et elemosynis et misericordiis multis, quas faciebat. factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. quam cum lauissent, posuerunt eam in superiori caenaculo. cum autem inprope esset lydda ab ioppe, audierunt discipuli quod petrus esset ibi. miserunt duos uiros ad eum, rogantes et dicentes: ne pigeat te uenire usque ad nos. exurgens autem petrus uenit cum eis: quem aduenientem duxerunt in superiora caenaculi, et circumsteterunt eum uiduae flentes, et ostendentes tunicas

et cetera uestimenta narrabant ei quanta faciebat cum esset cum illis dorcas. eiectis autem omnibus foris, petrus ponens genua orauit et conuersus ad corpus dixit: exurge in nomine domini nostri iesu christi! at illa mox aperuit oculos SUOS, et cum uidisset petrum, sedit dansque ei manum erexit eam uiuam. et conuocans sanctos et uiduas adsignauit eam

uiuentem. notum autem factum est hoc per uniuersam ioppen, et crediderunt multi in domino.

Lxxxiii. Exemplo Apostolico Manibvs Laborandvm

[Item] paulus apostolus ad ephesios: Nolite dare locum diabolo. qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando quod bonum est, ut habeat unde tribuere necessitatem patientibus. Item ad thessalonicenses I: Memores enim estis, fratres, laborem nostrum et aerumnam:

fatigatinocte ac die operantes ad hoc ne quem uestrum grauaremus praedicauimus in uobis euangelium dei. uos testes estis et deus, quam sancte et iuste et sine querella fuimus uobis qui creditis: sicut scitis qualiter unumquemque uestrum sicut pater filios suos obsecrantes uos et consolantes, ut ambuletis digne deo, qui uocauit uos in regnum suum et gloriam. Item illic: Hortamur autem uos, fratres, abundare magis et studium habere silendi et quietos esse, et operari manibus uestris quod bonum est, sicut uobis praecepimus, ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt et nullius quidquam desideretis. Item ad thessalonicenses II: Praecepimus autem uobis, fratres, in nomine domini nostri iesu christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre inordinate ambulante et non secundum traditionem, quam acceperunt a uobis. ipsi enim scitis

quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquiete uiximus inter uos nec gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione, nocte ac die operantes, ne quem uestrum grauaremus. non quasi non habuerimus potestatem. sed ut nosmet ipsos formam uobis daremus ad imitandum nos. nam et cum essemus aput uos, hoc denuntiauimus uobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. audiuimus enim quosdam inter uos inquiete ambulare, nihil operantes, sed curiose agentes. his autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et hortamur in domino iesu christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent. uos autem, fratres, nolite deficere bene facientes. Item in actibus apostolorum: Paulus autem agnitus erat aquilae, eo quod essent unius gentis et unius artis, et mansit aput eos opus faciens: erant enim arte fabri. Item illic paulus apostolus: Argentum et aurum aut uestimentum nullius uestrum concupiui. ipsi scitis quia ad ea quae mihi necessaria erant in omni usu meo et eorum qui mecum sunt manus istae praesto fuerunt

omnibus uobis demonstraui quoniam sic laborantes oportet auxiliari infirmis et memores esse uerborum domini nostri iesu, quia ipse dixit: beatius est magis dare quam accipere.

Lxxxiiii. Altiora Scrvtari Non Oportere Neqve Avdiri Haereticos

In deuteronomio: Non adicietis ad uerbum hoc, quod ego praecipio uobis hodie, neque minuetis ex eo. Item in apocalypsi: Testor ego omni audienti uerba prophetiae libri huius. si quis adiecerit supra haec, inponet deus super eum plagas, quae scriptae sunt in hoc libro: et si quis abstulerit uerba prophetiae libri huius, auferet deus partem eius de ligno uitae

et de ciuitate sancta. Item in prouerbiis: Bibe aquam de tuis uasis et de puteorum tuorum fonte. et nemo extraneus communicet tibi. Item illic: Qui fidet

in falsis, hic uentos pascit: idem autem ipse sequitur aues uolantes: dereliquit enim uiam uineae suae et orbitas culturae agri sui errauit: perambulat autem per arida et deserta et terram constitutam in siccitatibus. congregat autem manibus suis sterilitatem. Item illic: Recede ergo ab aqua aliena et a fonte alieno noli bibere, et multo uiues tempore, et adicientur tibi anni uitae. Item illic: Qui sectatur uana, eget sensibus. Item illic: Noli adicere ad mandata eius, ne arguaris et mendax sis. Item in ecclesiastico: Altiora te ne quaesiueris, et fortiora te ne perscrutaueris: sed quae praecepit tibi dominus, illa cogita semper: et in pluribus operibus eius non eris curiosus. multos enim seduxit suspicio eorum, et in uanitate detinuit sensus illorum. Item

illic: Non te uentiles in omnem uentum, et non eas omni uia, ut prosequatur te uerbum pacis et scientiae. Item illic: Cui sufficit nuntiare opera illius? non est minuere neque adicere neque inuenire magnalia dei. Item in libro sapientiae: Difficile aestimamus quae in terra sunt, et quae in prospectu sunt inuenimus cum labore: quae autem in caelis sunt, quis inuestigabit? sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam? Item apostolus ad romanos:s o altitudo diuitiarum et sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae ipsius! quis enim cognouit sensum domini? aut quis illi consiliarius fuit? aut quis prior dedit ei et reddetur illi? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. ipsi gloria in saecula saeculorum.

Lxxxv. De Ieivnio

In ecclesiastico: Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lauatio eius? sic et homo qui ieiunat in peccatis suis et iterum eadem facit, quid proficit humiliando se? orationem eius quis exaudiet? sacrificium salutare adtendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate. Item in esaia propheta: Non est gaudere impiis, dicit dominus. exclama uehementer, et ne parcas: sicut tuba exalta uocem tuam, et nuntia populo meo peccata eorum et domui iacob iniquitates eorum. me de die in diem quaerunt, et cognoscere meas uias desiderant, tamquam populus qui iustitiam fecerit et iudicium dei non dereliquerit: postulant a me nunc iudicium iustum, et adpropriare deo concupiscunt, dicentes: quid quod ieiunauimus, et non uidisti? humiliauimus animas nostras, et non scisti ? in diebus enim ieiuniorum uestrorum inueniuntur uoluntates uestrae, et omnes subditos uobis conpungetis. an in iudicia et lites ieiunatis, et percu-

saecutitis proximum inique? et ut quid mihi ieiunatis, ut hodie audiatur in clamore uox uestra? non hoc ieiunium elegi, dicit dominus, ut humiliet animam suam. nec si flectas ut circulum ceruicem tuam, et cilicium et cinerem substernas, nec sic uocabis ieiunium acceptum. non tale ieiunium ego elegi, dicit dominus: sed solue omne uinculum iniquitatis, dissolue obligationes potentium conmutationum, dimitte confractos in requiem, et omnem conscriptionem iniquam disrumpe. frange esurientibus panem tuum, et egenum sine tecto

induc in domum tuam. si uideris nudum, uesti: et domesticos seminis tui non despicias. tunc erumpet temporaneum lumen tuum, et sanitates tuae cito orientur, et praeibit ante te iustitia, et maiestas dei circumdabit te. tunc clamabis, et dominus exaudiet te: dum adhuc loqueris, dicit: ecce adsum. si auferas a te uinculum iniquitatis et obligationem et uerbum murmurationis, et des esurienti panem tuum ex animo, et animam humiliatam satiaueris, tunc orietur tibi in tenebris lumen, et tenebrae tibi erunt ut meridies. et erit deus tuus tecum semper, et satiaberis prout desiderat anima. tua, et ossa tua pinguescent, et erunt sicut hortus ebrius et sicut fons cui non deficit aqua. et aedificabuntur deserta tua, et erunt fundamenta tua aeterna in saecula saeculorum. Item in euangelio secundum matthaeum: Cum autem

ieiunatis, nolite esse sicut hypocritae tristes: exterminant enim faciem suam, ut pareant hominibus ieiunantes. amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. uos autem cum ieiunatis, unguite caput uestrum et faciem uestram lauate, ut non uideamini hominibus ieiunantes. sed patri uestro, qui est in caelis: et pater uester, qui uidet occulta, reddet uobis.

Lxxxvi. Hominem Exemplo Formicae Vel Apis Sine Pigritia Operari Debere Qvae Bona Svnt

In prouerbiis Vade ad formicam, o piger, et aemulare uidens uias eius, et esto illa sapientior: illa enim cum agrum non possideat, neque conpellentem se habeat, neque sub domino sit, quomodo parat aestate alimenta, copiosam autem facit in messe repositionem! uel uade ad apem, et disce quam laboriosa est, operationem etiam quam sanctam mercatur: cuius labores reges et mediocres ad sanitatem offerunt: grata est autem omnibus et gloriosa, et cum sit uiribus infirma, sapientiam praedicans producta est. usque quo, piger,

iacebis? quando autem de somno surgis? modicum quidem dormis, modicum autem sedes, modicum quidem dormitas, modicum autem manibus conplecteris pectus: deinde adueniet tibi sicut malus uiator paupertas, inopia autem sicut bonus cursor. si autem inpiger fueris, ueniet tibi sicut fons messis tua, inopia autem sicut bonus cursor refugiet te. Item illic: Pigrum deicit timor: animae autem effeminatorum esurient. Item illic: Increpatus piger non erubescit: simi- . liter autem qui mutuatur triticum in messe. Item illic: Desideria pigrum occidunt: non enim destinant manus eius facere aliquid. Item illic: Occasiones quaerit piger et dicit: leo in uiis est, in plateis autem homicidae. Item illic: Sicut ostium in cardine uertitur, ita piger in lecto suo. Item illic: Sapientior piger sibi uidetur quam qui in pleni-

tudine perfert nuntium. Item in ecclesiastico: rn lapide luteo lapidatus est piger: et omnis loquitur de aspernatione eius. de stercore boum lapidatus est piger: omnis qui tetigerit illum excutiet manus.

Lxxxvii. Sine Timore Hominvm Mandata Dei Praedicanda

In ezechihel propheta: Et tu, fili hominis, ne timueris eos, neque paueas a facie eorum, quia insanient et conuenient aduersum te in circuitu. uerba eorum ne timeas, et a facie eorum ne paueas, quia domus exasperans est. Item illic: Ecce dedi faciem tuam potentem aduersus facies eorum, et constantiam tuam confortabo aduersus contentiones eorum, et erit fortior petra constantia tua. Item illic: Et ne timueris ab eis, neque terrearis a facie eorum, quia domus

exasperans est. Item in euangelio secundum matthaeum: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis, praedicate supra tecta et in plateis. nec timeatis eos qui occidere corpus possunt, animam autem non possunt interficere: timete autem magis eum qui potest animam et corpus occidere in gehennam.

Lxxxviii. De Stvlto

In prouerbiis: Vir stultus. et iniquus uadit uias non bonas: ipse autem adnuit oculo et significat pede. Item illic: Vir stultus mala sibi fabricat, in suis autem labiis thensaurizat ignem. Item illic: Non conueniunt stulto labia

fidelia, neque iustis labia mendacia. Item illic: Vt quid abundant diuitiae stulto? possidere enim sapientiam insensatus non poterit. Item illic: Ira est patri filius insipiens, et dolor matris eius. Item illic: Non desiderat sapientiam, cui deest sensus: magis enim ducitur inprudentia. Item illic: Os hominis stulti contritio est ei, labia autem eius laqueus animae ipsius. Item illic: Stultitia uiri exterminat uias eius, dominum autem causatur corde suo. Item illic: Stultitia inest cordi iuuenis, uirga autem et disciplina longe est ab eo. Item illic: Grauis est lapis et uix portabilis harena, ira autem stulti grauior ambobus. Item illic: Tamquam ager uir insipiens, et sicut uinea homo cui deest

homiprudentia: si reliqueris eum inplebitur spinis et in faenum fiet et erit desertus, et maceriae parietum eius effodientur. Item illic: Sicut canis cum conuertitur ad uomitum suum odibilis efficitur, sic stultus malitia sua conuersus in peccatis suis. Item in ecclesiastico: Cum fatuis ne consilium habeas: non enim poterunt continere. Item illic: Qui minoratur corde, cogitat inania, et uir inprudens et errans cogitat stulta. Item illic: Ex ore fatui inprobabilis parabola, non enim dicit illam in tempore. Item illic: Cor fatui quasi uas confractum, et omnem scientiam non tenebit. Domus clausa fatuo sapientia, et scientia (in)sensati inenarrabilia uerba. Item illic: Conpedes in pedibus stultorum doctrina et quasi uinculum manus dexterae. fatuus in risu exaltat uocem suam, et uir sapiens uix tacite ridebit. Item illic: In ore fatuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum.

Item illic: Harenam et sal et massam ferri facilius est portare quam hominem inprudentem et fatuum et impium. Item illic: Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis denuntiat de illo. Item illic: Praecordia fatui quasi rota carri, et quasi axis uersatilis cogitatus ab illis. Item illic: Sapientiam qui docet fatuum quasi qui conglutinat testam. Item illic: Narratio fatui quasi sarcina in uia. Contribulant minae cor sapientis: stultus autem flagellatur et non sentit. Qui docet puerum stultum, contumeliam facit aequitati. Item in

prouerbiis: In risu stultus agit nefaria. Item illic: Ex ore stultorum baculus contumeliae, labia autem sapientium custodiunt eos. Item illic: Omnia contraria sunt uiro insipienti, arma uero intellectus labia sapientiae. Item illic: Sapiens timendo de-

clinat a malo, stultus uero sibi confidens miscetur iniquo: seruiet autem stultus prudenti. Item in esaia propheta: Stultus enim stulta loquetur, et cor eius uana intellegit, ut consummet iniqua et loquatur ad dominum errorem, ad dispargendas animas esurientes et ut animas sitientes inanes faciat. consilium enim malorum iniqua cogitauit, disperdere humiles in sermonibus iniquis et dissipare uerba humilium in iudicio. nam pii iustitiam cogitauerunt et hoc consilium manebit. Item in ecclesiastico: Datus fatui non erit utilis tibi: oculi enim illius septemplices. exigua dabit et multa inproperabit, et apertio oris illius inflatio est.

Lxxxviiii. Iracvndiam Deposendam

Inprouerbiis: Anima benedicta omnis simplex: uir autem animosus uel iracundus non honeste agit. Item illic: Stul-

tus ipsa eadem die pronuntiat iram suam, occultat autem suam contumeliam astutus. Item illic: Iracundus agit sine consilio, uir autem prudens multa sustinet. Item illic: Ira perdet etiam sapientes, responsum autem humile auertit iram. Item illic: Vir iracundus parat lites, patiens autem etiam futuras mitigat. Item illic: Noli esse amicus uiro animoso, cum amico autem iracundo noli conmorari, ne forte discas uias eius et sumas laqueum animae tuae. Item illic: Totam iram suam profert stultus, sapiens autem dispensat eam per partes. Item illic: Vir animosus fodit contentionem, uir autem iracundus exobruet peccata. Item in ecclesiastico: Homo iracundus incendit litem, et uir peccator

turbabit amicos et in medium pacem habentium inmittet delaturam. Item illic: Zelus et iracundia minuet dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus. Item in ecclesiaste: Noli festinare in spiritu tuo irasci, quia ira in sinu stultorum requiescit. Item apostolus ad ephesios: Irascimini autem et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam uestram. Item illic: Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia auferatur a uobis cum omni malitia. Item illic: Nunc autem deponite uos omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, multiloquium. Item iacobus apostolus: Sit uero omnis homo citatus audire et tardus loqui., piger in iracundia: iracundia enim uiri iustitiam dei non operatur. Item in euangelio se-

cundum matthaeum: Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. quicumque autem dixerit fratri suo ; racha, reus erit concilio. quicumque uero dixerit: fatue, reus erit gehennae ignis.

Sections 90 to 119

Xc. Qvod Homo A Deo Factvs Hvivs Genvs Vel Natvra Dicatvr Cvivs Opvs Fverit Imitatvs Sive Del Sive Diaboli

In deuteronomio: Haec domino retribuistis sicut plebis fatua et non sapiens? nonne hic ipse pater tuus possedit te et creauit te et fecit te? Item illic: Dominum, qui te genuit, dereliquisti et oblitus es deum, qui te nutriuit. Item in euangelio secundum matthaeum baptista iohannea: Videns autem multos ex pharisaeis et sadducaeis

uenientes ad baptismum suum dixit ad eos: progenies uiperarum, quis ostendit uobis fugire ab ira uentura? facite ergo fructus dignos paenitentiae. et ne dixeritis intra uos: patrem habemus abraham. dico enim uobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahae. iam enim securis ad radicem arboris posita est: omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in igne mittetur. Item illic: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum. si ergo filius uos liberauit, uere liberi eritis. scio quia semen abrahae estis, sed quaeritis me interficere, quia sermo meus non capit in uobis. ego quod uidi aput patrem meum loquor, et uos quae uidistis aput patrem uestrum facitis. Item illic: Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris uestri facere uultis: ille enim homicida fuit ab initio, et in ueritate non stetit, et ueritas non est in eo. Item illic: Qui est ex deo, uerba

dei audit. ideo uos non auditis, quia ex deo non estis. Item apostolus ad ephesios: Et uos cum essetis mortui delictis et peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum huius mundi, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae, in quibus et nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis et cogitationum, et eramus natura filii irae sicut et ceteri. Item ad colossenses: Et uos qui aliquando eratis alienati et inimici sensus eius in operibus malis, nunc autem reconciliati in sanguine carnis eius per mortem ipsius, exhibete uos sanctos et inmaculatos et sine crimine coram ipso. Item illic: Nolite mentiri inuicem, spoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius, et induite nouum, qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui illum creauit. Item petrus apostolus I: Gratia uobis et pax adimpleatur in recognitionem domini nostri iesu

christi, qui nunc omnia nobis diuina uirtute sua quae ad uitam et pietatem pertinent donauit per agnitionem eius qui nos uocauit sua inlustri uirtute, per quam honorifica et maxima nobis promissa donantur, ut per haec sitis diuinae consortes naturae post euasionem quae est in mundo in cupiditate perditae uitae. Item iohannes apostolus I: Filioli, nemo uos seducat. qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est. qui facit peccatum, a diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. et in hoc apparuit filius dei, ut solueret opera diaboli. omnis qui natus est ex deo non peccat, quia semen eius in ipso manet, et non potest peccare, quia de deo natus est. hinc apparent filii dei et filii diaboli. omnis qui non est iustus non est ex deo et qui non diligit fratrem suum.

Xci. Sapientes Respondendvm Verbvm Interroganti

In ecclesiastico: Esto mansuetus ad audiendum uerbum, ut intellegas: et cum sapientia loquere responsum uerum.

Item tobi: Adtende autem, fili, in omnibus operibus tuis., et esto sapiens in uniuersis sermonibus tuis. Item ad colossenses: Sermo christi habitet in uobis abundanter in omni sapientia et omni intellectu spiritali: docentes et castigantes uosmet ipsos psalmis, hymnis, canticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus uestris deo. omnia quaecumque facitis in uerbo uel in opere, omnia in nomine domini nostri iesu christi, gratias agentes deo patri per ipsum. Item illic: Sermo uester in gratia dei sale sit conditus, ut sciatis quemadmodum oporteat uos unicuique respondere. Item ad corinthios I: Et uos quoniam aemulatores estis spiritalium, ad aedificationem ecclesiae quaerite ut abundetis. Item illic: Cum conuenitis autem, unusquisque uestrum

psalmmn habet, doctrinam habet, interpretationem habet. omnia ad aedificationem fiant uobis, Item petrus apostolus in epistula I: Parati semper ad confessionem omni poscenti a uobis uerbum de fide et spe, quae in uobis est: cum modestia et timore conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detractant de uobis confundantur, uidentes uestram bonam in christo conuersationem.

Xcii. De Servo Fideli Et Prvdente Et Commonitione Dominorvm

In prouerbiis: Seruus prudens obtinebit dominorum inprudentiam, et inter fratres diuidit partem. Item illic: Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi

erunt actus. Item illic: Iram uiri mitigat seruus prudens, pugillianimem autem uirum quis sufferet? Item illic: Non laedas seruum operantem in ueritate, neque mercennarium dantem animam suam. Item illic: Seruus sensatus dilectus sit tibi quasi anima tua: non defraudes illum libertate, nec inopem relinquas illum. Item in ecclesiastico: Si eat tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem, sic illum tracta, quia in sanguine animae tuae parasti eum. si laeseris illum iniuste et extollens discesserit, quem quaeres? et qua uia quaeres illum? Seruo sensato liberi seruient, et uir scius non murmurabit. Item

paulus apostolus ad colossenses: Domini, quod iustum est et aequum, seruis praestate, scientes quoniam et uos dominum habetis in caelis

praeiustum iudicem. Item ad ephesios: Et uos domini, eadem facite ad illos, dimittentes minas, scientes quod et uester et ipsorum dominus est in caelis, et personarum acceptio non est aput deum. Item in deuteronomio: Non tradetis seruum domino suo, qui confugit ad uos, sed uobiscum habitabit in omni loco, quocumque placuerit ei, nec tribulabitis eum. Item in prouerbiis: Noli tradere seruum in manus domini, ne forte maledicat te et extermineris.

Xciii. De Commonitione Servorvm

Paulus apostolus ad ephesios: Serui, obaudite dominis carnalibus cum timore et tremore in simplicitate cordis uestri sicut christo: non ad oculum seruientes, non ut hominibus placentes, sed ut serui christi facientes uoluntatem dei, ex toto animo cum beniuolentia seruientes sicut domino et

non hominibus, scientes quod unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc consequetur a domino, siue seruus siue liber. Item ad timotheum I: Quicumque sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos habeant, ut nomen domini et doctrina non blasphemetur. qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quod fratres sunt: sed magis serviant, quoniam fideles sunt et dilecti qui beneficii participes sunt. Item ad titum: Serui dominis suis subditi sint in omnibus, et placeant, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. Item petrus apostolus I: Serui, obaudite cum omni timore dominis uestris, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. haec est enim gratia aput deum, si propter conscientiam dei sustineat quis iniuriam patiens iniuste. quae enim gloria est, si peccantes

cruciemini et sufferatis ? sed si bene facientes et patientes iniuriam sustineatis, haec est gratia aput deum.

Xciiii. Oboediendvm Regibvs Et Potestatibvs Saecvuli

Paulus apostolus ad romanos: Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote: non est enim potestas nisi a deo, quae autem sunt a deo ordinata sunt. itaque qui resistit potestati dei ordinationi resistit. qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem sumunt. nam principes non sunt timori bono operi, sed malo. uis autem non timere potestatem? quod bonum est fac, et habebis laudem ex illa. dei enim minister est tibi in bonum. si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. dei minister, uindex est in iram ei qui malum fecit. ideoque subditi estote non solum propter iram, sed et propter conscientiam. ideo tributa penditis, ministri enim dei sunt ad hoc ipsum seruientes. reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui uectigal . uectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. nemini quidquam debeatis, nisi ut inuicem uos diligatis. Item ad

titum: Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, obaudire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, litigiosos non esse, sed modestos, omnes ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Item petrus apostolus I: Subiecti estote omni humanae ordinationi propter domimun, siue regi tamquam praecellenti, siue ducibus tamquam ab eo in hoc ipsum missis ad uindictam malorum, laudem uero bonorum — quoniam sic est uoluntas dei, ut bene facientes obmutescere faciatis stultorum hominum ignorantiam —, ut liberi, non ut uelamen malitiae habentes libertatem, sed sicut serui dei. omnes honorate, fraternitatem diligite, deum uero timete, regem autem honorificate.

Xcv. Lvmen Itineris Nostri Esse Legem Dei

In psalmo XVIII: Praeceptum domini lucidum inluminans oculos. Item in psalmo CXVIII: Lucerna pedibus meis

uerbum tuum, domine, et lumen semitis meis. Item in prouerbiis: Quia lucerna est mandatum legis et lux uitae et increpatio et disciplina. Item in esaia propheta: De nocte uigilat spiritus meus ad te, deus, quia lux praecepta tua sunt super terram.

Xcvi. De Morte Ivstorvm

ln libro sapientiae: Iustus autem si morte praeuentus fuerit, in refrigerio erit. senectus enim uenerabilis est non diuturna, nec numero annorum conputata: cani sunt enim sensus hominis, et aetas senectutis uita inmaculata, quae placita deo facta dilecta est, et uiuens inter peccatores translata est. raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Item illic: Conaum-

matna autem in breui repleuit tempora longa: placita enim erat domino anima eius. propter hoc properauit educere eam de media iniquitate. populi autem uidentes et non intellegentes, nec ponentes in praecordiis suis talia, quia gratia dei et misericordia in sanctos eius et respectus in electos eius. condemnat autem iustus mortuus uiuos impios, et iuuentus celerius consummata longaeuitatem iniusti. uidebunt enim finem sapientis, et non intellegent quid cogitauerit de illo deus et quare munierit illum dominus. illos autem dominus inridebit: et erunt post haec decidentes sine honore et in contumelia inter mortuos in perpetuum. Item illic: Iusti autem in perpetuum uiuent, et aput dominum est merces illorum, et cogitatio illorum aput altissimum. ideo accipiunt regnum decoris et diadema speciei de manu domini: quoniam deus dextera sua teget illos, et brachio suo defendet iHos. Item iob: Mors enim uiro iusto requiem dat. Item in

reapoealypsi: Et audiui uocem de caelo dicentem mihi: scribe: beati mortui qui in domino moriuntur amodo. etiam, dicit spiritus, ut requiescant a laboribus sUÎs. opera enim eorum sequuntur eos. Item illic: Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit. Item illic: Luctus mortui septem dies.

Xcvii. De Morte Iniqvorvm

In ecclesiastico: Cum enim moritur homo nequam, hereditabit serpentes et bestias et uermes. Item illic: Stuppa collecta synagoga peccantium: consummatio enim illorum inferi et flamma ignis. uia peccantium plana ab offensu, et finis illorum inferi et tenebrae et poenae. Item in libro sapientiae: Videbunt enim finem sapientis, et

non intellegent quid cogitauerit de illo deus et quare munierit illum dominus. illos autem dominus inridebit. et erunt post haec decidentes sine honore et in contumelia inter mortuos in perpetuum. Item in euangelio secundum lacam: Homo quidam erat diues, et induebatur purpuram et byssum, et epulabatur cottidie splendide. et erat quidam mendicus nomine lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens saturari ex his quae cadebant de mensa diuitis, et nemo illi dabat. sed et canes ueniebant et lingebant ulcera eius. factum est autem ut moreretur lazarus mendicus et portaretur ab angelis in sinu abrahae. mortuus est autem et diues et sepultus est in infernum. et eleuans oculos cum esset in tormentis, uidet abraham de longe, et lazarum in sinu eius requiescentem. et exclamauit uoce magna dicens: pater abraham, miserere mei et mitte lazarum, et intinguat summum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. et dixit illi abraham: recordare, fili, quia percepisti bona in uita tua, et lazarus similiter mala:

nune autem hic consolatur, tu uero cruciaris. et super haec omnia inter uos et nos chaos magnum est, at qui ueniunt ad nos transire non possint ad uos neque inde huc transmeare. et dixit illi: rogo ergo te, pater, ut mittas in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. et dixit illi abraham: habent moysen et prophetas, audiant illos. et ille dixit: non, pater abraham: sed si quis ex mortuis surrexerit et abierit ad illos, persuadebit illis, et paenitentiam agent. dixit autem illi abraham: si moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis surrexerit, credent ei.

Xcviii. De Avaritia

In prouerbiis: Qui continet triticum in angustia, relinquet illud inimicis. pretio grauans triticum in populo maledictus erit. benedictio autem super caput participantis. Item in ecclesiastico: Est qui locupletatur parce agendo, et\' haec pars mercedis illius, cum dicit: inueni requiem mihi, et nunc manducabo de bonis meis solus: et nescit quod tempus praetereat et relinquet omnia aliis. Item in ambacum .

propheta:s o qui adquirit auaritiam malam domui; suae! cogitasti confusionem domui tuae, peccauit anima tua. Item ia euangelio secundum lucam: Ait quidam de turba ad iesum: magister, dic fratri meo, ut diuidat mecum herediWem. dixit autem illi iesus: homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem supra uos? et ait ad illos: uidete et cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius eet ex his quae possidet dixit autem ad illos et similitudinem. hominis cuiusdam diuitis uberes fructus possessio adtulit, et

cogitauit aput se dicens: quid faciam, quia non habeo quo colligam fructus meos? et dixit: hoc faciam: destruam horrea mea et maiora faciam illa, et illic colligam omnes fructus meos, et dicam animae meae: habes multa bona in annos multos, epulare. dixit autem illi deus: stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quae autem praeparasti cuius erunt? sic est qui sibi thensaurizat et non est in deum diues. Item

apostolus ad timotheum I: Nihil intulimus in htme mundum: uerum quia nec anferre possumus. habentes autem uictum et uestitum his contenti simus. nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationflm et laqueum diaboli et desideria multa, quae nihil prosunt, et nocent, quae demergunt hominem in interitum et perditionem. radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. tu autem, homo dei, haec fuge.

Xcviiii. De Sacrificio Spiritali

In psalmo ITII: Sacrificate sacrificium iustitiae, et sperate in domino. Item in psalmo XLVIIII: Inmola deo tuo sacrificium laudis, et redde altissimo uota tua: inuoca me in die tribulationis tuae, et eripiam te, et glorificabis me. Item

illic: Sacrificium laudis honorificabit me: illic est iter, quod ostendam illi salutare meum. Item in psalmo L: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum deus non spernit. Item in psalmo XCV: Adferte domino, patriae gentium, adferte domino gloriam et honorem, adferte domino gloriam nomini eius. tollite hostias et introite in atria eius. adorate dominum in aula sancta eius. Item in ecclesiastico: Sacrificium salutare adtendere mandatis et discedere ab omni iniquitate. Item in prouerbiis: Initium uiae iustae faciens bona: accepta sunt aput deum magis quam immolare hostias.

C. Qvod Vnvsqvisqve Svo Opere Ivdicetvr

In psalmo VIIII: Infixae sunt gentes in interitu, quem fecerunt: in laqueo isto, quem occultauerunt, conprehensus est spes eorum. cognoscitur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum conprehensus est peccator. Item in prouerbiis: Sua enim impietate suam animam auferunt. Item illic: Iniquitates uirum capiunt: restibus autem peccatorum suorum unusquisque constringitur. hic moritur cum innumerabilibus, quoniam sine disciplina est: de multitudine autem uitae suae proiectus est et periit propter stultitiam. Item in prouerbiis: Sicut uua acerba dentibus nociua est et fumus oculis, sic iniquitas eis qui utuntur ea. Item in

libro sapientiae: Vt scirent quia per quae peccat quis per haec et torquetur. Item illic: Homo autem se occidit per malitiam suam. Item in euangelio secundum matthaeum: Ex sermonibus tuis iustificaberis, et ez uerbis tuis condemnaberis. Item secundum iohannem: Qui autem non credit, iam iudicatus est. Item in leuitico: Ex fratribus autem uestris filiis israhel unusquisque fratrem suum non deprimat in suspiriis. Item in ecclesiastico: Ne

despicias hominem auertentem se a peccato: memento quoniam omnes sumus in correptionem. Item illic: Sicut aues uolantes passeres, ita maledictum uanum non superueniet ulli.

Ci. Qvod Dominvs In Svo Arbitrio Reliqverit Hominem Nec Velit Qvemqvam Perire

In ecclesiastico: Dominus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in arbitrio suo. adiecit mandata et praecepta, si uolens mandata seruare et fidem placitam facere. adposuit aquam et ignem: ad quod uis exporrige manum tuam. ante hominem uita et mors, bonum et malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Item illic: Nemini mandauit impie agere, et nemini dedit laxamentum peccandi. Item apostolus ad titum: Hoc enim bonum et acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri et in agnitionem ueritatis uenire. Item iacobus apostolus: Vnde bella? unde rixae in uobis? nonne de uoluntatibus uestris, quae militant in membris uestris, et sunt uobis suauissima ?

Cii. De Tristitia Delicti

In prouerbiis: Sicut tinea uestimento et uermis ligno, ita tristitia uiro nocet cor. Item illic: Cor laetum bonam ualitudinem facit: uiri autem tristis arescunt ossa. Item in ecclesiastico: Beatus uir, qui non est lapsus uerbo oris sui et non est stimulatus in tristitia delicti. felix qui non habuit maestitiam et non excidit ab spe sua.

Ciii. Qvod In Baptismo Omnia Peccata Dimittantve Et Qvod In Novitate Vitae Ambvlandvm Sit

Paulus apostolus ad romanos: Commendat autem suam caritatem deus in nobis: quoniam, si cum adhuc pecca-

tores essemus, christus pro uobis passus est, multo magis nunc reconciliati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem fili eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Item illic: An ignoratis, fratres, quod quicumque baptizati sumus in christo iesu in mortem ipsius baptizati sumus ? ergo cum illo sepulti sumus per baptismum in mortem, ut quomodo christus surrexit ex mortuis, ita et nos in nouitate uitae ambulemus. si enim conplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus: scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato: qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. si autem monui sumus cum christo, credimus quia etiam simul uiuemus cum eo: scientes quod christus surgens ex mortuis iam non moritur, mors in eum iam non dominabitur. quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit deo. ita et uos existimate uos mortuos esse peccato, uiuentes autem deo in christo iesu. Item illic: Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. nihil ergo

nunc damnationis est his qui sunt in christo iesu, qui non secundum carnem ambulant. lex enim spiritus uitae in christo iesu liberauit te a lege peccati et mortis. Item illic: Obsecro

autem uos, fratres, per misericordias dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. et nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate mentis uestrae, ut probetis uos quae sit uoluntas dei, et quod bonum et bene placitum etperfectum est Item ad corinthios: Nescitis quia pusillum fermentum totam massam fermentat? expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consparsio, sicut estis azymi. nam et pascha nostrum immolatus est christus. itaque sollemnitatem celebremus non in fermento ueteri neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et ueritatis. Item illic: Nolite errare: neque fornicarii, neque idola colentes, neque molles, neque adulteri, neque masculorum

concubitores, neque fures, neque auari, non ebriaci, non maledici, non rapaces regnum dei possidebunt et haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri iesu christi et in spiritu dei nostri. Item ad ephesios: Hoc igitur dico et testificor in domino, ut iam non sic amplius ambuletis, sicut gentes ambulant in uanitate mentis suae, tenebris obcaecatum habentes intellectum, alienati a uita dei, per ignorantiam quae est in illis, propter caecitatem cordis eorum, qui desperantes semet ipsos tradiderunt inpudicitiae in operationem inmunditiae omnis et auaritiae. uos autem non ita didicistis christum, si tamen illum audistis et in ipso docti estis, sicut est ueritas in iesu, ut deponatis secundum priorem conuersationem ueterem hominem, qui conrumpitur secundum desideria erroris. renouamini autem spiritu mentis uestrae: induite nonum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate et ueritate. Item petrus apostolus II: Gratia uobis et pax adimpleatur in recogni-

tionem domini nostri iesu christi, qui nunc omnia nobis diuina uirtute sua quae ad uitam et pietatem pertinent donauit per agnitionem eius qui nos uocauit sua inlustri uirtute, per quam honorifica et maxima nobis promissa donantur, ut per haec sitis diuinae consortes naturae post euasioaem quae eat in mundo in cupiditate perditae uitae. sed et uos properate omnes, subinferentes in fide uirtutem, in uirtute scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amicam fraternitatem, in affectione fraternitatis caritatem. haec uobis cum sint et superent, ut non uacui nec sine fructibus inueniamini in domini nostri iesu christi recognitione. cui autem non praesto sunt haec, caecitatem autem, uanitatem et obliuionem accipiet, si non purgetur priorum delictorum contagione.

Ciiii. De Svbstantia Dei

In psalmo LXVIII: Infixus sum in limum profundi, et non est substantia. Item in hieremia propheta: Non

audierunt uocem substantiae: a uolatilibus caeli usque ad pecora mente exciderunt et perierunt Item illic: Quoniam quis stabit in substantia domini et uidit uerbum eius? quis aurem praebuit et audiuit? Item illic: Si stetissent in substantia mea et si audissent uerba mea et si docuissent populum meum, auertissem illos a pessimis adinuentionibus suis.

Cv. Adsvmenda Arma Spiritalia Contra Neqvitias Spiritales

In deuteronomio: Si autem exieris conmittere bellum aduersos inimicos tuos, et custodies te ab omni re mala. Item apostolus ad romanos: Igitur non regnet peccatum

in uestro mortali corpore, at obaudiatis ei. sed neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tamquam ex mortuis uiuentes et membra uestra arma iustitiae deo. Item ad corinthios II: In carne enim ambulantes non secundum carnem militamus — arma enim militiae nostrae non carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum —, consilia destruentes et omnem exaJtationem extollentem se aduersus scientiam dei, in captiuitatem redigentes omnem cogitationem, in obsequium christi perducentes. Item ad ephesios: De cetero confortamini in domino et in potestate uirtutis eius. induite uos arma dei, ut possitis resistere aduersus insidias diaboli: quoniam non est uobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus potestates, aduersus huius mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiae in caelestibus. propterea induite uos arma dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti estote, praecincti lumbos uestros in ueritate et induti loricam iustitiae et calciati pedes in praeparatione euangelii pacis, in omnibus adsumentes scutum fidei,

in quo possitis omnia iacula candentia nequissimi extinguere, et galeam salutis et gladium spiritus, quod est uerbum dei, per omnem orationem et obsecrationem orantes in omni tempore in spiritu, et in ipaum uigilantes semper in omni oratione pro omnibus sanctis. Item ad thessalonicenses I: Non dormiamus, sed uigilemus et sobrii simus. nam qui dormiunt nocte dormiunt, et qui inebriantur nocte ebrii sunt. nos autem cum diei simus, sobrii simus, induti loricam fidei et caritatis et galeam spem salutis. quoniam non posuit nos deus in iram, sed in adquisitionem salutis per dominum nostrum iesum christum, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus siue dormiamus simul cum illo uiuamus.

Cvi. Paciendvm Privs Et Sic Docendvm

In euangelio secundum matthaeum: Quicumque soluerit ex mandatis istis minimis et sic docuerit homines,

minimus uocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit et sic docuerit, magnus uocabitur in regno caelorum. Item illic: Non omnis qui mihi dicit: domine, domine, intrabit in regno caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui est in caelis, ipse intrabit in regno caelorum. Item ad romanos: Non enim auditores legis iusti sunt aput deum, sed qui faciunt legem iustificabuntur aput deum. Item ad corinthios I: Ego igitor sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem caedens, sed liuidum facio corpus meum et seruituti subicio, ne dum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiar. Item ad romanos: Propterea iaexeuaa-

bilis es, homo omnis qui iudicas: in quo enim de alio iudicas. te ipsum damnas: eadem enim agis qui iudicas. scimus autem quia iudicium dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt. aestimas autem hoc, homo, tu qui iudicas de his qui talia agunt et facis ea, quia tu effugies iudicium dei?

Cvii. Non Habendam Spem In Homine

In psalmo CXVII: Bonum est sperare in domino quam sperare in homine: bonum est confidere in domino quam confidere in principibus. Item in psalmo CXLV: Nolite 01aonfidere in principibus, neque in filiis hominum, quibus non est salus. Item in hieremia propheta: Maledictus homo, qui spem habet in homine, et confirmauerit carnem, brachii sui, et a deo recesserit cor eius. Item illic: Qui confidunt

in homine, maledicti sunt, quoniam deus nihil fecit illos.

Item in michaea propheta: Vae, ultiones enim tuae uenerunt, nunc erunt probationes eorum. nolite fidere in amicis, neque speretis in ducibus. Item ichannes apostolus: Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem: quoniam timor poenam habet, qui autem timet non est perfectus in caritate.

Cviii. Consolandos Lvgentes Vel Visitandos Infirmos

In ecclesiastico: Non desis plorantibus in conrogatione1 et cum lugentibus ambula. non pigriteris uisitare infirmum: ei his enim in dilectione firmaberis. Item apostolus ad romanos: Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: id ipsum inuicem sentientes.

Cviiii. Non Dicendvm Malvm Bonvm Neqve Bonvm Malvm

In prouerbiis: Qui iustum iudicat iniustum, iniustum autem iustum, abominabilis est apud deum. Item illic: Qui dicit iustum impium esse, maledictus erit populis et odibilis gentibus. nam qui arguunt, meliora sperabunt. Item in esaia propheta: Vae his qui dicunt quod malum est bonum et quod bonum est malum, qui dicunt tenebras lucem et lucem tenebras, qui ponunt amarum dulce et dulce amarum.

Cx. Abstinendvm Deliciis

In ecclesiastico: Qui in deliciis est a puero, seruus erit: nouissime autem dolebit super se. Item in amos

propheta: Qui dormitis in lectis eburneis et deliciamini super thoros eorum, qui manducatis haedos de gregibus et uitulos de armentis lactantes, qui plaudetis ad sonum organorum, sicut sempiterna aestimauerunt ea et non quasi fugientia: qui bibunt saccatum uinum et optima unguenta unguuntur et non dolebant nihil in interitum ioseph. Item apostolus paulus ad romanos: Non ergo blasphemetur bonum nostrum. non est enim regnum dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. nam qui in hoc seruit christo, placet deo et probatus est hominibus. itaque quae pacis sunt sectemur, et quae aedificationis

sunt inuicem custodiamus. nolite propter escam destruere opus dei. omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offensionem manducat. bonum est non manducare carnem et non bibere uinum neque in quo frater tuus scandalizatur

aut offenditur ant infirmusest Item ad corinthios I: Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus continens est et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. ego igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem caedens, sed liuidum facio corpus meum et seruituti subicio, ne forte cum aliis praedicauerim ipse reprobus efficiar. Item ad timotheum: Quae autem uere uidua est et desolata, sperat in deum et instat orationibus nocte et die: quae autem in deliciis agit, uiuens mortua est. Item illic: Adulescentiores autem uiduas deuita: cum enim in deliciis egerint in christo, nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem inritam fecerunt.

Item in epistula iacobi apostoli: Et uos deliciati estis super terram et luxoriati estis, creastis autem corda uestra

in die occisionis. Item in hieremia propheta: Qui manducant iucunditates, interierunt in excessu: qui nolataat super coccinea, amplexi sunt stercora. Item petrus apostolus II: Nam si angeli fortitudine et uirtute cum sint maiores, non portant domini exsecrabile iudicium: hi uero qui uelut pecora naturaliter in luem et perniciem nati et ipsi quia ignorant exsecrantur, in periculo suo perient, recipientes mercedem iniustitiae, dulcedinem aestimantes malignitatem, deliciis coinquinati et infamati in summis uoluptatibus, conuiuiis adtenti, oculos habentes adulteros et incessabiles delictis, refigurantes spiritus stabilitos et cor exercitatum: cupidi et maledicti, fili abrelicti, qui a uia ueritatis exerrauerant.

Cxi. Eripiendos Positos In Necessitate Bt In Tristitia

In prouerbiis: Erue eos qui ducuntur in mortem et redime qui interficiuntur, ne parcas. si autem dixeris: non noui hunc, scito quia dominus corda omnium nouit: et qui finxit spiritum omnium, ille scit omnia, qui reddit unicuique secundum opera eius. Item in ecclesiastico: Libera eum qui iniuriam patitur de manu proterui, et non aegre feras in anima tua in iudicando. esto pupillis misericors ut pater, et pro uiro matri illorum: et eris uelut filius altissimi obaudiens, et miserebitur tui magis quam mater. Item in esaia propheta: Inquirite iudicium, eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillo, et iustificate uiduam. et uenite, disputemus, dicit dominus: et si fuerint peccata uestra ut phoenicium, ut niuem dealbabo: si autem ut coccum, ut

lanam candidam efficiam. Item in hieremia propheta: Eripite direptum de manu iniuriantia eam. Item in prouerbiis: Nolite tradere seruum in manus domini, ne forte maledicat te et extermineris. Item in psalmo LXXXI: Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate.

Cxii. Vineam Appellari Hominem, Popvlos Vel Gentes

In leuitico: Non seminabis uineam tuam ob duplicem fructum, et uestimentum ex duplici textura exsecrabile non cooperies te. Item in deuteronomio: Ex uinea enim sodomorum uitis eorum, et propago illorum ex gomorra: una eorum uua fellis, botrus amaritudinis in ipsis. Item in psalmo LXXVIIII: Vineam de aegypto transtulisti, eiecisti gentes, et plantasti eam: uiam fecisti in conspectu eius, et

plantasti radices eius et replesti eam. operuit montes umbra eius, et arbusta eius cedros dei. extendisti palmites eius usque ad mare, et usque ad flumina propagines eius. ut quid destruxisti maceriam eius, et uindemiant eam omnes qui transeunt uiam? exterminauit eam aper de silua, et singularis ferus depastus est eam. deus uirtutum, conuerte nunc, respice de caelo et uide, et uisita uineam istam, et dirige eam quam plantauit dextera tua. Item in cantica canticorum: Vineae in odorem floruerunt, et omni loco odor. Quaenam est haec quae descendit a deserto? sicut uitis propago fumo incensa odorificatur. Item in esaia propheta: Vinea enim domini sabaoth domus est israhel, et homo iuda nouellum dilectum. sustinui ut faceret uuam, fecit autem spinas. Item in prouerbiis: Tamquam ager uir insipiens, et sicut uinea homo cui deest prudentia: si reliqueris eum, inplebitur spinis et in faenum fiet et erit desertus, et ma-.

ceriae parietum eius effodientur. Item in hieremia propheta: Pastores multi exterminauerunt uineam meam, et contaminauerunt portionem meam, dederunt partem meam concupiscibilem in desertum. Item illic: Ego te plantaui uitem uniuersam fructiferam ueram, quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienae? Item in osee propheta: Vinea in maceria bona israhel, fructus eius uberrimus secundum multitudinem fructuum suorum. Item in iohel propheta: Ascendit super terram meam gens ualida et innumerabilis: dentes eius sicut dentes leonis, et molares eius sicut catuli leonum. posuit uineam meam in exterminium et ficus meas in confractionem: scrutinans scrutinauit et proiecit, et exaltauit uites suas. Item in euangelio secundum matthaeum: Ait iesus: simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui prodiuit primo mane conducere operarios

in uineam suam. conuentione autem facta cum operariis, ut singulis denariis diurnis operarentur, misit illos in uineam suam. et egressus circa horam tertiam uidit alios stantes operarios in foro otiosos, et ait illis: ite et uos in uineam meam, et quod iustum fuerit dabo uobis. et illi abierunt. et iterum prodiuit circa horam sextam et nonam et idem fecit. sed et circa undecimam horam egressus est et inuenit alios stantes, et ait illis: quid hic statis tota die otiosi? et illi dixerunt: quia nemo nos conduxit. et ait illis: ite etuos, operamini in uineam. uespera autem facta dixit dominus uineae procuratori suo: uoca operarios et redde illis mercedem, initium faciens a nouissimo usque ad primos. Item illic: Et ait illis: aliam parabolam audite. homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam et saepem illi circumdedit et fodit in ea lacum et aedificauit in ea turrem, et locauit illam colonis, et peregre profectus est. cum autem adpropinquasset tempus frugum, misit seruos suos ad cultores uineae, ut acciperent fructum uineae. et adprehensis seruis coloni, alium

quidem ceciderunt, alium uero occiderunt, alium uero lapidauerunt. et iterum misit alios seruos plures prioribus, et similiter fecerunt. postremo autem misit filium suum unicum

dicens: reuerebuntur filium meum. illi autem dixerunt intra se: hic est heres, uenite, occidamus eum et possideamus hereditatem eius. et adprehensum eum eiecerunt extra uineam et occiderunt eum. cum ergo uenerit dominus uineae, quid faciet colonis? et illi dixerunt: malos male perdet, et uineam suam tradet aliis cultoribus, qui reddant illi fructum in temporibus suis.

Cxiii. Qvod Sancti Homines In Similitvdine Nvbivm Sint Vocati

In esaia propheta: Nunc autem nuntiabo uobis quid faciam uineae meae, auferam maceriam eius et erit in direptionem, et destruam parietem eius et erit in conculeationem. et nubibus mandabo ne pluant super eam pluuiam.

Item in deuteronomio: Expectetnr sicut pluuia eloquium meum, et descendant sicut ros uerba mea, sicut imber super gramen, et sicut nix super faenum. Item in esaia propheta: Delectetur caelum de summo, et nubes rorent iustitiam, producat terra misericordiam et iustitiam simul. Item illic: Qui sunt isti qui ut nubes uolant et sicut columbae cum pnUis suis ad me ueniunt? Item indas apostolus de impiis: Nubes sine aqua uento circumferendae.

Cxiiii. Qvod Homines Arborvm Ferant Imaginem Et Faeni Et Omnis Avis Et Bestiarvm

In psalmo XXVIII: Vox domini praeparantis cedros, et reuelauit condensa. Item in psalmo LI: Ego autem sicut

oliua fructifera in domo domini. Item in psalmo XCI: Iustus ut palma floriet, et sicut cedrus quae in libano est multiplicabitur. plantati in domo domini in atriis domus dei nostri florebunt Item in psalmo CXXVII: Filii tui sicut nouellae oliuarum in circuitu mensae tuae. Item in osee propheta: Et disponam illis in illa die testamentum cum bestiis agri et cum uolatilibus caeli et cum serpentibus terrae. Et orietur sicut gramen iudicium in incultum. Item in ezechiel propheta: Et accipiam ego mihi de electis cedri, et de uertice cordis eorum euellam plantationem, et plantabo illud in monte excelso, et suspendam illud in monte alto israhel et plantabo illud, et producet propaginem et faciet fructum et erit in cedrum magnam. et requiescet sub ea omnis auis, et omne uolatile sub umbra eius requiescet et

propagines eius restituentur. et cognoscent omnia ligna campi quia ego sum dominus, qui humilio lignum altum et exalto lignum humile et arefacio lignum uiride et reuirescere facio lignum aridum. Item in esaia propheta: Omnis caro faenum, et omnis gloria hominum ut flos faeni. aruit faenum et flos decidit, uerbum autem domini manet in aeternum. Item illic: Ecce faciam noua quae nunc orientur, et faciam in deserto uiam et in sicca terra flumen. benedicent me bestiae agri, sirenes et filiae passerum, quod dederim in deserto aquam et flumina in sicca terra ad potandum genus meum electum, populum, quem mihi adquisiui, ut enarret uirtutes meas. Quoniam ego dabo aquam in sitim qui ambu- , lant in siccitate: et ponam spiritum meum in semine tuo, et orietur ut faenum in medio aquae, et sicut salix

secus flumina aquae. Et omnia ligna agri plaudent ramis. Item in psalm o CII: Homo sicut faenum dies eius, et sicut flos faeni ita

floriet Item in psalmo CXXVIII: Fiant sicut faenum aedificiorum, quod prius quam euellatur arescit Item in os ee propheta: Floriet ut lilium, et mittet radices suas sicut thus. extendentur rami illius, et erit uelut oliua fructifera, et odor eius sicut thuris. et ego confirmabo eum sicut iuniperum maturescens: ex me inuentus est fructus tuus. Item in danihel propheta: Dixit danihel ad nabucodonosor: arborem quam uidisti confirmatam et magnificatam, cuius altitudo perueniebat usque ad caelum et latitudo eius in uniuersa terra, et folia eius lata, et fructus eius multus, et cibus omnium in ea, et subtus habitabunt bestiae terrae, et in ramis eius aues caeli, tu es, rex: quoniam magnificatus es et potentiam accepisti, et magnitudo tua magnificata est et peruenit usque ad caelum, et dominatio tua usque ad fines

terrae. Item illic: Vidi arietem cornibus percutientem secundum mare et aquilonem et austrum: et omnes bestiae non stabant in conspectu eius, et non erat qui eriperet de manu eius. Item in ezechiel propheta: Principes in medio eius sicut leones rugientes rapere, animas hominum deuorantes in potentia sua. Item illic: Principes eius in medio eius sicut lupi rapientes rapinas ad effundendum sanguinem, ut auaritiapossideantur. Item in ecclesiastico: Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos et opprimens subiectos tibi. Item in psalmo XXI: Circumdederunt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me. aperuerunt in me os suum sicut leo rapiens et rugiens. Item in euangelio secundum matthaeum iohannes baptista: Videns autem multos ex pharisaeis et sadducaeis

uenientes ad baptismum suum dixit ad eos: progenies uiperarum, quis demonstrauit uobis fugire ab ira uentura? facite ergo fructus dignos paenitentiae. et ne dixeritis: patrem habemus abraham. dico enim uobis: potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahae. iam enim securis ad radicem arboris posita est. omnis ergo arbor, quae non facit fructum. bonum, excidetur et in igne mittetur. Item illic: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae. Item illic: Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum. nam ex fructu arboris cognoscitur. generatio serpentum, quomodo potestis quae bona sunt loqui, cum sitis mali? Item in esaia propheta: In tribulatione et angustia leo et catulus leonis, inde et aspides et progenies aspidum, qui ferebant in asinis et camelis diuitias ad gentem, quae non proderit illis.

Item in hieremia propheta: Ouis errans israhel: leones expulerunt eum: primus comedit eum rex assyriorum, et nouissimus ossa eius rex babylonis. Item illic: Sicut leones exsurrexerunt et sicut catuli leonum. in calore suo dabo illis poculum et inebriabo eos, ut soporentur, ut dormiant somnum aeternum et non surgant, dicit dominus.

Cxv. Non Mvrmvrandvm

In exodo: Propter quod audiuit dominus murmurationem uestram, quod murmurastis ad nos. non enim ad nos est murmuratio uestra, sed aduersus deum.

Cxvi. Homines In Simllitvdine Stellarvm Vocari

In genesi: Eduxit autem abraham foras et dixit illi: respice in caelum et numera stellas, si potes numerare eas: sic erit semen tuum. Item in psalmo CXLVI: Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina uocansItem in hieremia propheta: Stellae autem lumen dederunt in uigiliis suis et laetatae sunt. uocabis eas, et dixerunt: adsumus, et fulserunt cum laetitia. Item in danihelo propheta: Et hi qui intellegunt splendebunt sicut claritas firmamenti, et a iustis multi quasi stellae in saeculo. Item in libro iudicum: Stellae ex ordine expugnauerunt sisaram. Item in naum propheta: Multiplicasti negotiatores tuos sicut stellas caeli. Item apostolus ad corinthios I: Stella enim ab stella differt in claritate. ita et resurrectio mortuorum. Item ad philippenses: Inter quos parebitia sicut luminaria in hoc mundo, uerbum uitae continentes. Tunc iusti fulgebunt.

Cxvii. Homines Malos Canes Vocari

In regnorum II: Et audiens abessa filius saruiae semei maledicentem regem dauid, dixit ad regem: ut quid maledicit canis hic maledictus dominum meum regem? permitte et transeam et auferam caput eius. Item in psalmo XXI: Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Iteminpsalmo LVIII: Connertentar ad uesperum et famem patientur ut canes, et circumibunt ciuitatem. ipsi dispargentur ad manducandum: si autem non saturentur, et murmurabunt. Item in ecclesiastico: Quae communicatio sancto homini ad canem? Item in esaia: Videte quoniam omnia excaecata sunt, non cognouerunt sapere: omnes canes muti qui non poterunt latrare, somniantes in cubile. et canes inprobi animi, nescientes satietatem: et sunt nequam, nescientes intellectum. omnes uias suas secuti sunt, unusquisque in id ipsum. Item in enangelio secundum matthaeum: Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis et conuersi elidant uos. Item illic: Non licet tollere panem filiorum et mittere canibus. Item paulus apostolus ad philippenses: Videte canes, uidete malos operarios, uidete circumcisionem. Item in apocalypsi: Foras canes et malefici et adulteri et idolis seruientes.

Cxviii. Qvod Domvs Vel Templvm Homo Ipse Debeat Inteligi

In leuitico: Si autem iterum superuenerit macula et orta fuerit in domum, postquam euolsi fuerint lapides et postquam rasa fuerit domus et postquam defricata est, introibit sacerdos et uidebit: si diffusa est macula lapidis in domum, et perseuerans est in ea domo, inmunda est. et demolient ipsam domum, et materiam eius et lapides eius et omnem puluerem domus eicient foras ciuitatem in locum inmundum. Item in prouerbiis: Domus superborum destruet dominus. Item illic: Qui altam facit domum suam, quaerit ruinam. Item illic: Cum sapientia aedificatur domus, et cum intellectu erigitur. cum sensu inplentur horrea plena omnibus diuitiis pretiosis et bonis. Item illic: Praepara in exitu opera tua, et praeparare in agro, et ueni retro me, et aedificabis domum tuam. Item in ecclesiastico: Qui aedificat domum suam inpendiis alienis quasi qui colligit lapides suos in hieme. Item illic: Si non timorem domini tenueris instanter, cito subuertetur domus tua. Item illic: Non omnem hominem inducas in domum tuam: multae enim sunt insidiae dolosi. Item in iob: Numquid non sciet quod mors conteret domum terrenam, et omne quod est mortale dissoluetur? Item

in hieremia: s o qui aedificat domum suam non cum iustitia et superiora caenaculi eius non cum iudicio! Item in euangelio secundummatthaeum: Et omnis qui audit sermones meos et facit eos, similem aestimabo eum uiro prudenti, qui aedificauit domum suam super petram. descendit pluuia, aduenerunt flumina, uenerunt uenti et inpigerunt in domum illam, et non cecidit: fundata enim erat super petram. et omnis qui audit hos sermones meos et non facit eos similis est uiro stulto, qui aedificat domum suam super harenam. descendit pluuia, uenerunt flumina et inpigerunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina domus illius magna Item secundum iohannem: Soluite templum hoc manu factum, et in triduo illud resuscitabo sine manibus. dixerunt ergo iudaei: quadraginta et sex annis aedificatum est hoc templum, et tu tribus diebus excitabis illud? iesus autem dicebat de templo corporis sui. Item apostolus ad corinthios I: Nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in uobis? si quis autem templum dei uiolauerit, uiolabit illum deus: templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Item illic: Aut nescitis quoniam membra uestra templum est spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis a deo, et non estis uestri? empti enim estis magno pretio. glorificate et tollite deum in corpore uestro. Item adoorinthios II: Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod aedificationem a deo habemus, domum non manu factam, aeternam in caelis. nam in hoc gemimus, habitaculum nostrum, quod de caelo est, superuestiri cupientes: si tamen spoliati, non nudi inueniamur.

Cxviiii. Lvmbis Spiritalibvs Hominem Debere Esse Praecinctvm

In exodo de agno paschae: Sic autem comedetis eum: lumbis uestris praecinctis, et calciamenta uestra in pedibus uestris sint, et bacula uestra in manibus uestris, et edetis illud cum sollicitudine. Item in regnorum IIII: Et dixit elisee ad giezi: praecinge lumbos tuos et accipe baculum meum in manu tua et uade: et si inueneris obuians aliquem, non benedicas eum, sed et si quis benedixerit te, non respondebis ei: et cum ueneris, inpone baculum meum super faciem pueri eius. Item illic: Vocauit elisee unum ex filiis prophetarum et dixit illi: praecinge lumbos tuos et accipe lenticulam olei et uade in regmath galaditide. et cum intraueris ibi, ecce ibi est ieu filius namessi. ingressus autem segregabis eum de medio fratrum illius et induces illum de cubiculo in cubiculum. et accipies lenticulam et infundes in caput illius, et dices: haec dicit dominus: unxi te in regem israhel. et aperies ostium et effugies nec restabis ibidem. Item in prouerbiis: Succincta fortiter lumbos suos firmauit brachia sua in opus. Item in esaia propheta: Itaque tollet signum in nationes, in eas quae longe et in eas quae prope sunt: et trahet eas ab extremo terrae, et ecce cito leuiter uenient. non esurient neque laborabunt neque dormitabunt neque dormient neque soluent zonas suas a lumbis suis neque rumpentur corrigiae calciamentorum eorum. Item ad hie-

remiam prophetam: Et tu adcinge lumbos tuos et exurge et dic omnia quaecumque mandauero tibi: ne timeas faciem eorumnec formides in conspectu eorum. Item in naum propheta: Considera uiam, tene lumbos, uiriliter age in uirtute nimis. Item in euangelio secundum lucam: Sint autem lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes, et uos similes hominibus expectantibus dominum suum quando ueniat a nuptiis, ut cum uenerit et

pulsauerit, confestim aperiatis eibeati serui illi, quos cum uenerit dominus inueniet uigilantes b Item petrus apostolus: Succincti lumbos mentis uestrae, sobrii perfecte, sperate in eam quae offertur uobis gratiam in reuelatione iesu christi. quasi fili uestrae desideriis. miscentes uos illis prioribus ignorantiaeuestraedesideriis. eos. In naum

sed secundum eum qui uos uocauit sanctum et uos sancti ih omni conuersatione estote, quia scriptum est: sancti estote, quia et ego sanctus sum.

Sections 120 to 144

Cxx. Homines Sive Sanctos Sive Impios Montes Vocari

In psalmo LXIIII: Et campi tui replebuntur ubertate: pinguescent fines deserti, et exultatione colles adcingentur. induti sunt arietes ouium, et conualles abundabunt frumento: etenim clamabunt et hymnum dicent. Item in psalmo LXXXVI: Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas sion super omnia tabernacula iacob. gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Item in psalmo CXIII: Montes exultabunt ut arietes, et colles sicut agni ouium. Item in prouerbiis: Super cacumina montium praedicatur, in portis autem potentium adsistit. Item in esaia propheta: Et non derelinquam illos, sed aperiam in montibus flumina, et

in medio camporum fontes : faciam desertum in stagna et sitientem terram in flumina aquarum. Item michaeas propheta: Adpropinquate montibus aeternis. Item iohel propheta: Et erit in illa die, destillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lactem. Item in naum: Haec dicit dominus princeps aquarum multarum: exterminabo sculptilia tua et fusilia tua in sepulturam: quia ecce ueloces pedes super montes euangelizantes et adnuntiantes pacem. Item in ezechiel propheta: Fili hominis, confirma faciem tuam super montes israhel et prophetare ad eos, et dices: montes israhel, audite uerbum domini. Item illic: Vestri autem montes israhel facient uuam et fructum uestrum, quod uos manducabitis, populus meus, qui adpropriant uenire. Item

in esaia propheta: Ecce clamate montes laetitiam, et colles et omnia ligna, quae in ipsis sunt. Item illic: Erumpant montes iucunditatem, quia misertus est deus populo suo. Item illic: Nam montes et colles exilient expectantes uos in gaudio, et omnia ligna agri plaudent ramis.

Cxxi. Qvod Spiritvs Inmvndi Vel Vitia, Montes, Colles, Bestiae, Aves, Petrae, Gentes, Lapides Et Spinae Nvncvpentvr

In psalmo XLV: Propterea non timebimus, dum conturbabitur terra et tranferentur montes in corde maris. sonauerunt et turbatae sunt aquae eorum, conturbati sunt montes in

fortitudine eius. Item in psalmo LXXIII: Quia inimicus exprobrauit domino, et populus insipiens exacerbauit nomen tuum. ne tradas bestiis animas confitentes tibi, animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Item in ecclesiastico: Quasi a facie colubri fuge peccata. si accesseris ad illa, suscipient te quasi dentes leonis in deuorando interficientes. quasi romphaea bis acuta iniquitatium uindex. Item in esaia propheta: Et erit in illa die, detrahet dominus muscas, quae dominantur in partes fluminis aegypti, et apes, quae sunt in regione eorum. Item illic: Mundate a conspectu eius uias, et auferte offendicula de itinere populi mei. Item illic: Ingredimini. per portas meas et facite

iter populo meo et lapides de uia proicite. Item in hieremia propheta: Date domino deo uestro gloriam antequam obscuret et priusquam offendant pedes uestri in montibus tenebrosis. Item in naum propheta: Montes commoti sunt ab illo, et colles tremuerunt, et formidauit uniuersa terra, et petrae confractae sunt abante eum. Item in ambacum propheta: Defluxerunt gentes, quassatisuntmontes uehementer, liquefacti sunt colles aeternales. Item in ezechiel propheta: Aquila illa magna magnarum alarum, longa extensione, plena unguibus, quae habet ducatum intrandi in libanum et accipere electa cedri, summa teneritudinis euolsit et adtulit in terra chanaam, in ciuitate murata posuit ea. Item in iob: Et dissolue quod cum lapidibus

agri testamentum tuum est. Item in amos propheta: Et abstuli amorraeum a facie eorum, cuius erat altitudo ut altitudo cedri et fortitudo eius sicut ilex: et abstuli fructus eius a summo et radices eius ab imo. Item iohel propheta: Quia gens ascendit super terram, gens ualida et innumerabilis: dentes eius sicut dentes leonis, et molares eius sicut catuli leonum. posuit uineam meam in exterminium et ficus meas in confractionem. Item secundum matthaeum: Imperauit iesus, et exiit daemonium illud, et sanus factus est puer ab illa hora. tunc accesserunt ad iesum discipuli secreto et dixerunt: quare nos non potuimus expellere illud? ait illis: propter incredulitatem uestram. amen dico uobis: si haberetis fidem sicut granum sinapis. diceretis huic monti: transi hinc illuc, et transiret, et nihil uobis inpossibile esset.

Cxxii. Qvod Non Sit Aeqvalis Omnis Sanctvb Deo

In exodo: Quis similis tibi in diis, domine? Item in psalmo LXXXVIII: Quoniam quis in nubibus aequabitur domino? aut quis similis erit deo inter filios dei? deus, qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus et metuendus super omnes qui in circuitu eius sunt. domine deus uirtutum, quis similis tibi? potens es, domine, et ueritas tua in circuitu tuo.

Cxxiii. Qvod Angelorvm Cvstodia Mvniamvr

In deuteronomio: Statuit fines gentium secundum numerum angelorum dei. Item in tobi raphahel angelus: Et cum orares tu et sarra nurus tua, ego obtuli

memoriale orationis uestrae ante dominum. Item secundum matthaeum: Videte, ne contemnatis unum ex istis pusillis credentibus in me: dico uobis, quoniam angeli eorum semper in caelum uident faciem patris mei, qui est in caelis. Item in actibus apostolorum: Nuntiauit

petrum stare ad ostium. dixerunt: non, sed angelus eius est. Item in apocalypsi iohannis: Et angelo ephesi ecclesiae scribe.

Cxxiiii. Hominem Nvncvpari Parietem

In psalmo LXI: Quo usque inruitis in homines, interScientes uniuersos tamquam parieti inclinato et maceriae in-

pulsae? uerum tamen honorem meum cogitauerunt repellere. Item in psalmo LXXVIIII: Vt quid destruxisti maceriam eius? Item in ezechiel propheta: Et instruent parietem, et ipsi unguent eum. si cadet, dic ad unguentes eum. et cadet, et erit pluuia inundans, et dabo lapides glebas petrarum in alligamenta eorum, et cadent, et spiritum extollentem, et rumpetur. et ecce cecidit paries, et dicent uobis: ubi est unctio uestra, quam unxistis? propterea haec dicit dominus: rumpam spiritum extollentem cum ira, et pluuia inundans in ira mea erit, et lapides petrarum et glebas in iracundia mea superducam in consummatione. et effodiam parietem, quem unxistis, et cadet. et ponam illum ad terram et reuelabuntur fundamenta eius, et conruit et consummamini cum increpationibus: et cognoscetis quia ego sum dominus. et consummabo iram meam super parietem et super unguentes eum, et cadet. et dixi ad uos: non est paries neque qui unguunt illum. sed prophetae israhel, qui prophetant in hierusalem,

et qui uident ei pacem, et non est pax., dicit dominus. Item in euangelio secundum matthaeum: Vae uobis, scribae et pharisaei hypocritae, qui similes estis monumentis dealbatis, quae quidem uidentur a foris hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus humanis et omni spurcitia. Item in actibus apostolorum: Percutiet te deus, paries dealbate. Item ad ephesios: Et legem mandatorum sententiis euacuauit, ut duos conderet in semet ipso in uno nouo homine: et medium parietem consepti soluens, inimicitiam in carne sua. Item in esaia propheta: Et effluent lateres. et cadet murus, quoniam regnauit dominus in sion et in hierusalem. Item illic: Altitudinem refugii parietis toi

humiliabit et descendit usque ad pauimentum. Item illic: Et ciuitates munitas deicies et deduces usque ad pauimentum, et conculcabunt eas pedes mansuetorum et humilium. Item illic: Et a pauimento uox tua infirmabitur. Item illic: Populus iste qui me inritat contra me semper: isti sacrificant in hortis et incendunt super lateres daemoniis, quae nihil sunt, et in monumentis et speluncis dormiunt propter somnia, qui edunt carnes suillas et ius sacrificiorum: inquinata sunt omnia uasa eorum.

Cxxv. Sanctos Spiritali Cibo Vel Pocvlo Satiari

In deuteronomio: Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo, quod exierit de ore domini. Item in amba-

cum propheta: Iustus autem ei fide mea uiuit Item in euangelio secundum iohannem: Bespondit iesus et dixit illi: omnis qui bibet ex aqua hac sitiet iterum: qui autem biberit ex

aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed erit illi fons aquae uiuae salientis in uitam aeternam. Inter haec autem rogabant eum discipuli dicentes: rabbi, manduca. ait autem illis iesus: ego cibum habeo manducare, quem uos non scitis. dicebant ergo discipuli eius inter semet ipsos: numquid aliquis adtulit ei manducare? dicit eis iesus: meus est cibus, ut faciam uoluntatem eius qui me misit et ut perficiam opus eius. Item illic: Et dixit illis: amen dico uobis, non moyses dedit uobis panem de caelo, sed pater meus dat nobis panem de caelo illum uerum. panis enim dei est qui descendit de caelo et uitam dat huic mundo. dixerunt: domine, semper da nobis panem istum. et dixit iesus: ego sum panis uitae: qui uenit ad me

non esuriet, et qui credit in me, non sitiet umquam. Item illic: Murmurabant autem iudaei de eo quod dixit: ego sum panis qui descendi de caelo, et dicebant: nonne hic equ iesus filius ioseph, cuius nos nouimus patrem et matrem? quomodo ergo hic dicit: ego de caelo descendi? Iterum ait: ego sum panis uitae. patres uestri manducauerunt mannam in deserto et mortui sunt. hic est autem panis, qui de caelo descendit, ut qui ex eo manducauerit non moriatur. ego sum panis uiuus, qui de caelo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum: et hic panis, quem ego dabo pro huius mundi uita, corpus meum est. conmiserunt igitur inuicem iudaei dicentes: quomodo potest iste nobis corpus suum dare manducare? et dixit illis iesus: amen amen dico nobis, nisi manducaueritis corpus fili hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. qui enim manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habebit uitam aeternam, et ego resuscitabo eum in nouissimo die. caro enim mea uere est cibus et sanguis meus uere est potus.

qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo. sicut misit me uiuus pater et ego uiuo propter patrem, et qui me manducat et ipse uiuet propter me. hic est panis qui de caelo descendit non sicut manducauerunt patres uestri mannam, et mortui sunt. qui mandncat hunc panem, uiuet in aeternum.

Cxxvi. Aqvam Et Ignem Popvlos Vel Vitia Appellari

In psalmo XVII: Circumdederunt me gemitus mortis, et torrentes iniquitatis conturbauerunt me. dolores inferni inuenerunt me, praeuenerunt me laquei mortis. Adsumpsit me de multitudine aquarum, eruit me de inimicis meis potentibus. Item in psalmo CXXXVI: Super flumina babylonis, illic sedimus et fleuimus, dum recordaremur sion. in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Item in esaia

propheta: Ponam flumina in insulis et stagna arefaciam. et adducam caecos in uia, qua ignorabant, et semitas, quas nesciebant, faciam illos calcare et faciam illis tenebras in lucem et quae praua sunt dirigam. haec uerba faciam et non derelinquam illos. Item illic: Meus es tu. etiam si transieris per ignem, non conbureris, flamma autem te non conburet. etiam si transieris per aquam, tecum sum et flumina te non concludent: quia ego dominus deus tuus sanctus israhel, qui te saluum facio. Item in hieremia propheta: Et nunc quid tibi est

et uiae aegypti, ut bibas aquam geon? et ut quid tibi et uiae assyriorum, ut bibas aquas fluminum? Item illic: Aqua aegypti dixit: ascendam et operiam terram.,

Cxxvii. Qvod Vocatvs Ad Fidem Retro Redire Non Debeat

In esaia propheta: Ne memores sitis pristinorum neque antiquorum cogitetis. Item secundum matthaeum: Cum uidisset autem iesus maximam turbam circa eum, praecepit, ut irent trans regionem. et aeeesait ad eum unus ex scribis et dixit ei: magister, sequar te quocumque ieris. ait illi iesus: uulpes cubilia habent et uolucres caeli ubi requiescant, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet et ecce alius ex discipulis eius dixit ad eum: domine, permitte mihi prius ire et sepelire patrem meum. cui respondens iesus dixit: sequere me, et sine, mortui mortuos suos sepeliant: ta autem uade, et adnuntia regnum dei. Item secundum lucam: Et ait alter: sequar te, domine, sed primum permitte mihi renuntiare his qui domi sunt. ait ad illum iesas:

nemo inponens manum suam in aratro, aspiciens retro, aptus est regno dei.

Cxxviii. Qvod Diabolvs Angelvs A Domino Fverit Factvs Et Postmodvm Transgressione Mvtatvs Sit

In psalmo LXXXI: Ego dixi: dii estis et fili excelsi omnes: uos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis. Item in psalmo CIII: Draco hic, quem formasti ad inludendum eum. Item in iob: Praecepto autem peremit draconem desertorem. Item in esaia propheta: Quomodo cecidit de caelo lucifer, qui mane oriebatur? Item in ezechiel propheta: Tu es signaculum

similitudinis et corona decoris, et in deliciis paradisi dei fuisti. cum cherubin posui te in monte sancto dei et peccasti et uulneratus es a monte domini. corrupta est doctrina tua cum decore. propter multitudinem peccatorum tuorum in terram te proieci, in conspectu regum dedi te in tnductionem propter multitudinem peccatorum tuorum. Et dixisti: deus sam, ego habitationem dei habitaui.

Cxxviiii. De Similitvdine Cervi

In psalmo XVII: Deus, qui praecinxit me uirtutem, et posuit inmaculatam uiam meam, qui perfecit pedes meos tamquam cerui, et super excelsa statuit me. Item in psalmo XLI: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, deus. Item in prouerbiis: Ceruus amicitiae et pullus gratiarum tuarum confabulentur tecum. Item in canticis canticorum: Ecce hic uenit saliens super montes et exiliens super colles. similis est frater meus ceruae uel hinnulo ceruorum super montes so-

corum. Item in esaia propheta: Illic occurrent cerui et uidebunt faciem suam inuicem. in numero transierunt, et una earum non periit, altera ad alteram non quaesiuit, quoniam

dominus mandauit illis, et spiritus eius congregauit eas. et ipse mittit in eas sortem, et manus eius diuisit pasturam. in aeternum tempus hereditatem possidebitis, et in saecula saeculorum requiescetis in ea.

Cxxx. Qvod Popvli Aqvae Dicantvr

In libro hester: Flumina autem erant gentes, quae conuenerunt perdere genus iudaeorum. Item in hieremia: Ecce aquae ascendunt ab aquilone in torrentem inundantem et inundabunt terram et plenitudinem eius, ciuitatem et in-

habitantes in ea. et clamabunt uniuersi et ululabunt [et] omnes qui habitant terram a uoce impetus eius, ab armis et a pedibus eius et a commotione curruum. eorum et a sono rotarum eius. Item amos propheta: Ecce dies ueniunt, dicit dominus: et inmittam famem super terram, non famem panis nec sitim aquae, sed famem ad audiendum uerbum domini. et mouebuntur aquae usque ad mare et ab aquilone usque ad austrum, quaerentes uerbum domini, et non inuenient. Item in apocalypsi iohannis: Aquae, quas uidisti, ubi meretrix sedet, populi et turbae et gentes et linguae sunt.

Cxxxi. De Fontibvs Domini

In psalmo LXVII: In ecclesiis benedicite dominum deum de fontibus israhel. Item in prouerbiis: Non deficiant a

te fontes domini, sed custodi eos in toto corde tuo. Item illic: Bibes aquas de tuis uasis et de puteorum tuorum fonte. supereflundantur tibi aquae de tuo fonte, in tuis autem plateis circumeant aquae tuae: fons aquae tuae sit tibi proprius, et nemo extraneus communicet tibi. Item illic: Fons uitae in manu iusti. Item illic: Lex sapienti fons uitae. Item illic: Praecepta domini fons uitae: faciunt autem declinare a laqueo mortis. Item illic: Fons uitae est consilium possidenti illud. Item illic: Flumen autem manat et fons uitae.

Cxxxii. Qvod Aqvae Sint Svper Caelvm

In genesi: Et diuisit deus inter aquam, quae est sub firmamento, et inter aquam, quae est super firmamentum Item illic: Eruperunt omnes (fontes) abyssi, et cataractae caeli apertae sunt, et factae sunt pluuiae diluuii super omnem terram. Item in hieremia propheta: Dominus qui fecit terram in uirtute sua et in sua prudentia extendit caelum et multitudinem aquae in caelo. Item illic: In uoce posuit sonum aquarum in caelo. Item in danihelo: Benedicite, aquae omnes super caelum, dominum. Item in psalmo GXLVIII: Laudate eum, caeli caelorum, et aquae, quae sunt super caelos, laudent nomen domini.

Cxxxiii. De Ebrietate Et Calice Irarvm

In esaia propheta: Deficite, amentes estote, et crapulamini non a sicera neque a uino: quoniam potionauit uos deus spiritum conpunctionis. Item illic: Ideo audi, humiliata et ebria

non a uino. Veniet enim ut flumen uehemens ira domini cum indignatione. Item in ambacum propheta: Circumdedit te calix dexterae domini, et conuenit iniuria super honorem tuum. Item in psalmo X: Pluit super peccatores laqueos, ignem, sulfur, et spiritus procellarum pars calicis eorum. Item in apocalypsi iobannis: Cecidit, cecidit babylon magna: de uino irae fornicationis eius

biberunt omnes gentes. Item illic: Si quis adorat bestiam et imaginem eius, et accipit character in fronte sua aut in manu sua, et hic bibet de indignatione dei, quae mixta est mera in calice irae eius, et cruciabitur in igne et sulfore in conspectu angelorum et agni. et fumus et cruciatus eorum in saecula saeculorum ascendit. Item illic: Et audiui aliam uocem de caelo dicentem: exite de ea, populus meus, ut ne communicetis peccatis eius et de plagis eius ut ne accipiatis. quia adpropinquauerunt peccata eius usque ad caelum, ot memoratus est deus iniquitates eius. reddite ei, sicut et ipsa reddidit, et duplicate duplicia secundum opera eius. in calice, quo miscuit, miscete ei duplum: et quantum magnificauit se et luxoriata est, tantum date ei tormentum et luctum. quia in corde suo dicit: sedeo regina, et uidua non sum, et luctum non uidebo. propterea una hora ueniet plaga eius, mors et famis et luctus, et igne cremabitur: quoniam fortis est dominus deus, qui iudicat eam.

Cxxxiiii. Qvod Dominv6 Devs Hoc Nomen Habitat

In exodo: Ego sum qui sum. Item illic: Sic dices filiis israhel : qui est, misit me ad uos. Item illic: Et dixit dominus ad moysen: sic dices filiis israhel: dominus deus patrum uestrorum, deus abraham et deus isaac et deus iacob, misit me ad uos: hoc mihi nomen est sempiternum et memorabile in saecula saeculorum. Item in eJodo: Dominus conterens bella, dominus nomen est ei. Item in amos propheta: Qui euocat aquam maris et effundit eam super faciem terrae, dominus deus omnipotens nomen est illi.

Cxxxv. Hominem Dei Vocari Terram Deliciarvm

In psalmo LXXXIIII: Benedixisti, domine, terram tuam. auertisti captiuitatem iacob. remisisti iniquitatem plebis tuae, operuisti omnia peccata eorum. Item illic: Et terra nostra dabit fructum suum. Item in psalmo CVI: Posuisti desertum in stagna aquarum, et terram sine aqua in exitus aquarum : et conlocauit illic esurientes. Item in esaia: Quae sine aqua est, erit in palude: et in sitienti terra erit fons aquae. nec erit illic amplius leo nec ulla bestiarum malarum. Item illic: Ecce faciam noua quae nunc orientur. et faciam in deserto uiam et in sicca terra flumen. Item

illic: Et erunt sicut hortus ebrius et sicut fons, cui non deficit aqua. Item in ezechiel propheta:. Et dicent: terra illa, quae erat exterminata, facta est ut hortus deliciarum. Item secundum matthaeum: Qui autem supra terram bonam seminatus est, hic est qui audit uerbum et intellegit, et facit fructum: aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. qui habet aures audiendi, audiat.

Cxxxvi. De Volpibvs In Similitvdine Hominvm

In iudicum: Et abiit samson et conprehendit uolpes trecentas, et sumpsit lampadas et alligauit illis caudam ad

caudam inuicem binis, et posuit lampadas singulas inter duas caudas in medium, et succendit lampadas igni et dimisit in manipula alienigenarum: et suocendit spica eorum et quae metita erant, sed et uineas et oliueta. Item in cantica canticorum: Capite nobis uulpes pusillas exterminantes uineam. Item in hieremia propheta: Ideo factum est in dolore cor nostrum, et propter hoc obscurati sunt oculi nostri, super montem sion, quia exterminatus est, uulpes transierunt per eum. Item in ezechiel: Haec dicit dominus: uae his qui prophetant de corde suo et omnino non uident! sicut uulpes in deserto prophetae tui, israheL non steterunt in firmamento, et congregabant regem super domum israheL non surrexerunt qui dicerent in die domini. Item

secundum matthaeum: Vulpes foueas habent et uolucres caeli ubi requiescant, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Item secundum lucam: Accesserunt quidam ex pharieaeis dicentes ei: exi et uade hinc, quia herodes uult te occidere. et ait illis iesus: ite, dicite uulpi illi: ecce expello daemonia et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummabor. ite, quoniam inpossibile est prophetam perire extra hierusalem.

Cxxxvii. De Hospitalitate

In regnorum IIII: Et abiit inde elisaeus in carmelum et inde uenit in soman. et factus est dies, et erat ibi mulier magna, quae cum detinuisset eum, ut manducaret panem, et cum frequenter introiret et exiret, dixit mulier ad uirum

suum: ecce scio quia homo dei est hic, qui uenit ad nos, et sanctus est, et ideo omnibus modis faciamus ei domum in superioribus de parietibus pusillis, et ponemus ibi mensam et lectum et sellam et candelabrum: et cum uenerit ad nos, diuertet ibi. et facto die, uenit elisaeus et ascendit in sapehora et recubuit ibi. et postea residens dixit ad giezi puerum suum: uoca somaniten istam. et ille uocauit eam: etutstetit in conspectu eius, dixit ad eam: ecce bonorificastis omni honore et praeparastis nobis habitationem, quid retribuemus tibi? et dixit elisaeus ad giezi puerum suum: quid ergo faciemus ei? et dixit giezi: manifeste non est ei filius, et uir eius senex est. et ille dixit: uoca illam. et uocauit eam ad ianuam. et dixit elisaeus: in testimonio erit sermo hic, quia secundum tempus hoc uiues, et tu concipies filium. et dixit mulier: noli, homo dei, deridere ancillam tuam. et concepit mulier et peperit filium in eodem tempore. Item in libro sapientiae: Quia oportet iustum esse et humanum. Item apostolus ad romanos: Hospitalitatem sectantes, bene-

dicite et nolite maledicere. Item petrus apostolus: Hospitalitatem inuicem sine murmuratione exhibete. Item in libro iudicum: Et diiit senior hospiti: pax tibi! omnia quae desunt tibi a me erunt, solummodo ne in plateis hic maneas. et induxit uirum in domum suam et misit cibum iumentis eius, et lauerunt uiri pedes suos, et manducauerunt et biberunt.

Cxxxviii. Homines Messem Vel Frvges Nvncvpari

In euangelio secundum matthaeum iohannes baptista: Ego quidem uos baptizo in aqua in paenitentia: uenit autem fortior me, cuius non sum dignus calciamenta portare: ille uos baptizabit in spiritu sancto. qui habet

nentilabrum in manu sua et mundabit aream suam: frumentum quidem suum congeret in horreum suum, paleas autem conburet igni inextinguibili. Item illic: Ait iesus discipulis suis: messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Item illic: Qui seminat bonum semen, filius est hominis, ager autem hic mundus est, bonum uero semen hi sunt filii regni: nam zizania filii sunt iniqui. inimicus, qui illa seminauit, diabolus est, messis autem consummatio saeculi est, messores autem angeli sunt. sicut ergo colliguntur zizania et igni conburuntur, sic erit in consummatione saeculi. mittet filius hominis angelos suos, et congregabunt de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem. et mittet eos in camino ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Item secundum iohannem: Nonne dicitis quia adhuc quattuor menses sunt et messis uenit? ecce dico uobis: adleuate oculos uestros et uidete regiones, quia albae sunt ad messem. sicut autem qui metet mercedem accipiet et colliget fructum

in uitam aeternam, et qui seminat gaudebit simul cum eo qui metet in hoc est enim uerbum ueritatis, quia alius est qui seminat et alius est qui metet. ego misi uos metere in quod uos non laborastis: alii autem laborauerunt, et uos in labore illorum introistis.

Cxxxviiii. Vxorem Excepta Cavsa Advlterii Non Dimittendam

In euangelio secundum matthaeum: Accesserunt ad eum pharisaei temptantes eum et dicentes: si licet homini dimittere uxorem de quacumque causa? quibus respondens iesus ait: non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam dixit: propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem, et adherebit uxori suae, et erunt duo in carne una?

quod ergo deus iunxit, homo non disiungat. dicunt ei: quare ergo moyses praecepit, ut daretur liber repudii et dimitteretur uxor? quibus iesus ait: quia moyses secundum duritiam uestram permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non ita fuit. dico autem uobis quia quicumque dimiserit uxorem suam excepta causa adulterii et aliam ducit adulterium facit, et qui dimissam a uiro ducit moechatur. Item apostolus ad corinthios I: His autem qui matrimonio iuncti sunt praecipio, non ego sed dominus, uxorem a uiro non discedere. quod si discesserit, manere innuptam aut uiro reconciliari. et uir uxorem ne dimittat.

Cxl. De Tabernacvlo

In esaia propheta: Tabernacula tua non commouebuntur, neque fatigabuntur pati tabernaculi eius in aeternum

tempus, neque funes eius disrumpentur: quoniam nomen domini magnum uocabis. Item in hieremia propheta: Tabernaculum tuum miserum factum est, periit, et omnes pelles eius disruptae sunt.

Cxli. De Pedibvs Lavandis

In genesi abraham: Paruit autem ei deus ad ilicem mambrae, sedenti illi ad ostium tabernaculi eius medio die. adleuatis autem oculis suis uidit, et ecce tres uiri stabant super eum. et ut uidit, adcurrit obuiam eis ab ostio tabernaculi sui et adorauit super terram et dixit: domine, si inueni gratiam ante te, ne praetereas puerum tuum: sumatur autem aqua et lauentur pedes uestri, et refrigerate sub arborem, et sumam panem et manducabitis, et postea transietis, propter quod declinastis ad puerum uestrum. et diae-

runt: sic facito, ut dixisti. Item in euangelio secundum iohannem: Et caena facta, cum diabolus iam misisset se in cor iudae scarioth, ut eam traderet, sciens iesus quia omnia dedit pater in manus eius et quia a deo exiuit et ad deum uadit, surrexit a caena, et posuit uestimenta sua, et cum accepisset linteum, praecinxit se. deinde misit aquam in peluem et coepit lauare pedes discipulorum et extergere de linteo, quo erat praecinctus. uenit ad simonem petram. dicit ei ille: domine, tu mihi lanae pedes? respondit iesus et dixit ei: quod ego facio, tu nescis, cognosces postea. dicit ei petrus: non lauabis mihi pedes in aeternum. respondit iesus: si non lauauero tibi pedes, non habebis partem mecum. dicit ei simon petrus: domine, sed non tantum pedes, sed etiam manus et caput. dicit ei iesus: qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus: et uos mundi estis, sed non omnes. sciebat enim quis esset qui traderet eum. propterea dixit: mundi estis, sed non omnes. et postquam lauit pedes eorum, accepit uestimenta, et cum iterum

recubujsset, dicit eis: scitis quid fecerim uobis? uos uocastis me magistrum et dominum, et bene dicitis: sum enim. si ergo ego laui pedes uestros dominus et magister, quanto magis et uos debetis alter alterius lauare pedes? exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego facio uobis, etiam uos faciatis. amen dico uobis, quia non est seruus maior domino suo neque apostolus maior eo qui misit illum. haec scientes, beati estis, si feceritis ea. Item ad timotheum I: Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, quae fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis habens testimonium, si filios nutriuit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Item in genesi: Et produxit ad eos symeon, et adtulerunt aquam et lauauerunt pedes.

Cxlii. Omnia In Gloriam Vel In Nomine Domini Facienda

Apostolus ad corinthios I: Siue manducatis siue bibitis siue facitis aliquid, omnia in gloriam dei. Item ad colossenses: Omnia quaecumque facitis in uerbo uel in opere, omnia in nomine domini nostri iesu christi, gratias agentes deo patri per ipsum.

Cxliii. De Sancta Vita Samvhelis Et Pavli Apostoli, Qvod Nos Capti Sint Avaritia

In regnorum I: Et cum epulatus fuisset samuhel cam omnibus uiris israhel usque ad satietatem, dixit ad omnem

uirum israhel: ecce audiui uocem uestram per omnia quaecumque dixistis mihi, et constitui regem super uos. et nunc ecce quia rex praecedit ante uos. et ego senui, oportet ut requiescam: filii autem mei uobiscum sunt. et quoniam conuersatus sum coram uos a iuuentate mea usque in hodiernum diem, ecce ego sum. respondete contra me coram domino et coram christo eius, si uitulum alicuius accepi, aut si asinum alicuius abstuli, aut si quemquam potentia nocui, aut si aliquem pressi, aut si ex alicuius manu accepi pro exoratione uel corrigiam calciamentorum: dicite aduersum me, et reddam uobis. responderunt ad samuhel dicentes: neminem nocuisti per potentiam, nec pressisti nos, nec accepisti quicquam de manu cuiusquam. et dixit samuhel ad populum: testis est dominus in uobis, et testis est christus eius in hodierna die, quia non inuenistis in manu mea nihil. et illi dixerunt: testis est Item in actibus apostolorum paulus apostolus ad episcopos uel discipulos suos: Argentum

et aurum aut uestimentum nullius uestrum concupiui. ipsi scitis quia ad ea quae mihi necessaria erant in omni usu meo et eorum qui mecum sunt manus istae praesto fuerunt omnibus uobis demonstraui quoniam sic laborantes oportet auxiliari infirmis et memores esse uerborum domini iesu, quia ipse dixit: beatius est magis dare quam accipere.

Cxliiii. Qvod Dominvs Fons Vitae Nvncvpetvr

In hieremia propheta: Domine, omnes qui te derelinquunt confundantur: discedentes a terra euertantur, qui dereliquerunt fontem uitae dominum. Item illic: Exhorruit caelum super haec uehementer, dicit dominus: quoniam haec

duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt, fontem aquae uiuae, et foderunt sibi lacus detritos, qui non poterunt aquam continere. Item in esaia propheta: Ecce enim rex iustus regnauit, et ego suscitaui regem cum iustitia et principem cum iudicio: imperabit, et erit homo, abscondens sermones suos, et abscondet se sicut ab aquae ictu: et apparebit in sion sicut fluuius praeclarus in terra sitienti. Item illic: Quoniam erupit in deserto aqua et riui in terra sitienti: et quae sine aqua est, erit in paludes: et in sitienti terra erit fons aquae. Item iohel propheta: Et fons de domo exiet et adaquauit agmen. Item secundum iohannem: In nouissimo autem die illo magno diei festi stabat iesus et

clamabat dicens: si quis sitit, ueniat ad me et bibat. qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes. Item in psalmo XXXV: Inebriabuntur ab uberibus domus tuae, et torrentem uoluntatis tuae potum dabis eis. quoniam aput te est fons uitae, et in lumine tuo uidebimus lumen.

a In psalmo XXXV: Inebriabuntor ab uberibus domus tuae. KXPLICIT.

μ dicens: si quis sitit usque hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. In psalmo XXXV: Inebriabuntur ab ubertate domus tuae usque et in lumine tuo uidebimus lumen.

Source. Latin text from the Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum (CSEL) collection of the Open Greek and Latin project (digital edition of ***Sancti Aureli Augustini Opera*** edited by Franz Weihrich (Vienna, Gerold: 1887) Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum 12), encoded in EpiDoc TEI XML. Digitised and corrected by the Open Greek and Latin team (University of Leipzig and partners); the text is taken from the printed edition by OCR with correction, so some errors may remain. SermonIndex has only divided it into short sections for reading; the critical notes, margin notes and apparatus of the printed edition are not shown here but are kept in the XML download.

Licence. Creative Commons Attribution-ShareAlike 4.0 International (CC BY-SA 4.0). You may share and adapt this text if you credit the Open Greek and Latin project and release your version under the same licence.